Contentus perages, si uiuere cum Ioue tendis.

Hoc est, uitam ages pauperinam.

Sellissare. xxxviii

Σελίσσας prouerbiali ioco dicebantur, gloriosi, fastuq;  
 preturgi di. Suidas admonet sumptum à moribus Selli cuius-  
 piam, qui cūre esset perquam tenuis, tamen affectabat haberi  
 diues. Torqueri poterit et in eos, qui se doctrinae iactant,  
 ac uēdiant opinionem, cum à literis sint alieni. Hesy chius in a-  
 dicat Graecis idem significare σελίσσεται et σελίσσεται.  
 Quæ uoce semel atque iterum usus est Plato in Gorgia, et  
 σελίσσας dicitur, qui sigma c assus profert, quæ de re non nihil  
 attigimus in prouerbio ἢ σελίσσας οὐ πῆρεσ, Adidit Hesy-  
 chius non iniquā σελίσσεται, idem esse quod ἀσπίδων/εμ,   
 uidelicet adspilans Sada.

Cecidit & Buphonorium. xxxix

τὸ κκεῖν ἐν κελύ θρονονων, id est, Cecidit, et Bupho-  
 norium, de re magnopere prisca, et ob uetustatem iam pridē  
 obsoleta, desuetaq;. Aristophanes in Nebulis:

Ἀρχαῖα δὲ ἐ δ' ἢ σολιῶν, κελύ πετῆρον ἀνάμεσα,

Ἰκαί κκεῖν ἐν κελύ θρονονων. id est,

Prisca hæc sanē atq; obrita canis, nec non oppleta cicadas,

Ac Cecide cum Buphonijs.

Siquidē Cecides peructustus quispian Dithyramborū poē-  
 ta fuit, cuius scripturam situm olebant, unde in iocum uul-  
 garem abierunt. Quæ admodum iure uidentur hodie, qui im-  
 modica et intempestiua affectatione uictus, est duodecim  
 tabulis, ex Ennio, Lucilioq; petunt sermonem, perinde quasi  
 cum Euandri matre loquantur: nec ullum uerbum elegans  
 esse putant, nisi quod sit ab usu uulgi, et à nostro seculo pro-  
 cul remotum. Item Buphonia festum quoddam erat apud  
 Athenienses, ob uetustatem neglectum iam ac desitum, sic  
 appellatum

appellatum à cæde boum. Huiusmodi ludos adhuc durare uide-  
 demus apud Italos, præcipue Romanos, præscã uidelect  
 etiãnum insani uestigia, quos illi T aueros uocant. Adagio  
 licetibi per iocum uti, cum significabimus aliquid eui nimis  
 præsum negligi: melius si noere uelis pontifices, episcopos,  
 & sacerdotes, quod Euangelica præcepta, de paupertate, de  
 tolerandis iniurijs, de contemptu uite: aut præcorum ponti-  
 ficum decreta, de simoniaco, de delictis abique corrupte-  
 la episcopis, de subuocandis scelerosis, iam pro antiquatis ha-  
 beat, dicas licetibi, ταῦτα κικεῖδ' ἔτι βροφῶν, id est,  
 Hæc Cecidis sunt & Buphonorium.

Serenitati nubem inducit. xxx

Non tam ouum ouo simile, quã illud prouerbij faciem  
 præ se fert, quod refertur à Plutarcho in cõmentario de dig-  
 noscẽdo adulatore ab amico: εὐδία γὰρ ἐπὶ ὄρει νεφέλη,  
 id est, Serenitati nubẽ inducit. De eo, quod inter pocula ludosq;  
 uirulentũ aliquid admiscet, quod offuscata hilaritate frontem  
 corruget, superciliãq; cõtrahat. Ad eundem modum Hora-  
 tius, de am de formi, quæ se puellarum choris admiscebat:  
 Et stellis nebulam spargere candidis.

Μονόγραμμα. xxxi

Olim homines macie præternes, uesculi, ac decolorcs,  
 prouerbiali ioco μονόγραμμα uocabantur. Lucilius: Vix  
 uiuo homini ac monogramo. Rursũ idem alibi: Quæ pietas  
 monogrammi. Nonius Marcellus dictum autumat à pictu-  
 ra, quæ prius quãdã coloribus corporatur, umbra fingitur,  
 Non perperam quãdã Marcellus: uenustus tamen erit ada-  
 giũ, si ad ueterũ picturam respiciamus: quæ primitus omnũ  
 consensu, ab umbra hominis lineis circumducta capiti iniitũ,  
 quod uocant delinãre. Deinde singulis coloribus pingi cõ-  
 pum est, eaq; picturas μονόγραμμας appellabant.  
 Mox ars distinxit sese, & inuenit lumen atque umbras: ut  
 quædam eminere, quædam abdi præmij, uiderentur, differen-  
 tia coloris. Deinde adiectus est splendor, quem aliũ à lumine  
 uolunt esse, mediũ tamen inter lumen & umbram: proinde  
 eundem T onon uocant. Nam cõmissũr am ac transfusũ co-  
 lorũ ὁμογενῶς appellat. Huiusmodi fermẽ Plinius libro  
 trice simo quinto, capite quinto. Cõuenit igitur in hominem  
 deformem, nullo aut eodem uultu colore, cuiusmodi præcorum  
 rum erant imagines. M. Tullius libro de natura deorum se-  
 cundo: Non enim uenis & neruis & ossibus continentur: nec  
 celsis, nec potionibus uescuntur, ut aut nimis acres, aut nimis  
 cõcretos humores colligant. Nec his corporibus sunt, ut aut  
 casus, aut istius extimescant, aut morbos metuant, ex defati-  
 gatione membrorum. Quæ uerens Epicurus monogramos  
 formas, & nihil agentes cõmentus est. Illi autem pulcherrima  
 forma præditi purissimãq; in regione eoli collocati, ita fe-  
 rũtur, moderatũq; cursus, ut ad omnia cõseruãda & tuen-  
 da consensisse uideantur. Monogramos appellat Cicero in-  
 formes, nullãq; specie.

Aliorum medicus. xxxxi

Manet hoc dictũm his quoq; seculis celebratissimũ, quod  
 refertur à Plutarcho in cõmentario de dignoscẽdo assentã-  
 tore ab amico, & poeta quoriam:

Ἄλλωμ ἰατρῶος, αὐτὸς ἔλκεισι ἑσθῶν, id est,

Alijs medetur, ipsius uulceribus scaten. Vt uer eo & in cõmentario, quo scripsit aduersum Colo-  
 ten. Cõueniet in hos, qui alijs sapient, non sibi: alijs oculati  
 sunt & cauti, non sibi: alios conspici norunt, ipsi sua mala  
 non ferunt æquo animo. In eundem sensum usus est Christus  
 apud Lucam. Iudeis enim admirantibus eius dicta factãq; ac

dicentibus: οὐχ' οὐτὸς ἑστὶν ὁ ἰατρὸς ἑωσῆφ; id est, An non  
 hic est filius Joseph? respondit ad hunc modum: πάντως  
 ἔρετέ μοι τίμω πῶσῶσιν ταύτων. ἰατρῶος, ἡτέσπινυτορ  
 σευατορ. ὁσα κικεῖδαμυ γενόμενα ἐν τῇ κατὰ πῶσῶσιν  
 ποικισμῶ ὁδε ἐν τῇ πατρίδι σς, id est, Omnino dice-  
 tus mihi parabolam hanc: Medicus, cura te ipsum. Quæcunq;  
 audiamus facta in Capernaũ, factio est hic in patria tua.

Lapsana utuere. xxxxi

Lapsana uiuere le pide dixerit eos, qui perperã, niniũq;  
 tenuerit uiuant. Cõsentaneum est enim iocum illum militã-  
 rem in popularem fabulam abiisse, quo Cæsariani milites al-  
 ternis uersibus exprobrabant: quod apud Dirachium lapsana  
 uixisset. Est autem lapsana, olius sylvæstre, trium folio-  
 rum, ex Brasicarum, ni fallor, genere. Verum si quis forte  
 requirer, Plinij uerba sunt hæc lib. xix. cap. viij. Nec nõ olius  
 quoq; sylvæstre est trium foliorum, Diu Iulij carminibus,  
 præcipue iocis militibus celebratũ. Alterum quippe uersu-  
 bus exprobrauerit lapsana se nixisse apud Dirachium, præ-  
 miorum parsimoniam cauillantes: Est autem id cyma sylvæ-  
 stris. Hactenus Plinius. Idem lib. xx. Cymam inuẽlle esse di-  
 cit, & concõliũ difficilem. Cymam autem interpretatur in  
 caulibus dici delicatorem, teneriorẽq; cauliculum, qui est  
 in lappis & asparagis gratiam habet.

Haud contra ostium. xxxxi

Ὁὐ κατὰ θύρας, id est, Haud cõtrahantũ, pro eo, quod est,  
 non proprie adẽ, & apte ad id, de quo agitur, prouerbiã  
 certe figura dictũ est ab Aristotele, libro Physicorũ quarto:  
 οἱ τοὶ δὲ αὐτὸ οὐ κατὰ θύρας πρὸς τὸ πῶσῶσιν ἀποσι-  
 τῶσιν, id est, Isti quãdẽ igitur haud cõtra ostium occurrunt  
 quæstioni. Arguuntur οὐ κατὰ θύρας uerit, non recte,  
 neq; nõ recte tamẽ id quãdẽ. Perinde ualet, quasi dicas, ad  
 scopũ, illud expendẽ lector, num hoc adagiũ illi sit affine:  
 τίς ἂν διπρῶος ὁμαρῶτος id est, Quis aberrauerit à ianua?

Climacides. xxxv

Χλιμακίδες, id est, Sculæ, per iocũ uocari poterunt,  
 qui se diuitibus ad quãdus obsequij submitunt, etiã si for-  
 distimũ sit. Sic aut uulgato cõuicio sunt appellatæ muliercu-  
 le quædã Cypriæ, adulatrici apud Syros, quod regũ ioco-  
 ribus submitterent sese, ut per eas eue per scalas curri cõsen-  
 deret. Meminit Plutarchus in libello de discernẽdo adulate-  
 re ab amico. Et Athenæus libro Dipnosophistarũ sexto.

Valcat amicus cum inimico. xxxvi

Ἡφῆστω ὀλιθῶ σὺν ἐχθρῶσιν, id est, Valcat amicus cũ  
 inimico. Quadrat in eos, qui toti ad se spectant, nec amici  
 magis quãm inimici rationem habent: cuiusmodi fertur Ti-  
 mon ille Misanthropos. Plutarchus in cõmentario, quem  
 modo citauimus: Εἰ λανθῶμυ λανθῶμῶος ἐπειανδρῶσιν τὸ  
 ἐφῆστω ὀλιθῶ σὺν ἐχθρῶσιν, id est, Si nequamquam placet  
 illud: Valcat amicus cum inimico. Est autẽ Græcis hemisti-  
 chium carminis trochaici.

Manica. xxxvii

Μανικὰ Phrygio prouerbio dicebat ingentia, egre-  
 giãq; facta: ducta uocẽ à Mane quodã præco apud ipsos re-  
 ge, quem ferunt uirum fuisse præpotentem, & admirabili uir-  
 tute præditum. Aut Plutarchus in libello de Ofiria.

Ruta cæsa. xxxviii

Ne in uitis quidẽ & cæsis, haud dubie prouerbiãlĩ spe-  
 cie dictum est à Ciceroe libro de Oratore secundo, pro eo,  
 quod est, nulla in parte: Sed dicit te, cum ades uenieres, ne  
 in uitis quidẽ & cæsis, solum tibi paternũ recepisse. Quo  
 quãdẽ loco illud obiter admonendum, in uulgatũ Tullij  
 codicibus

egadicibus perperam pro recepit, legi reliquit, id quod satis liquere potest ex Nonio Marcello, qui in dictione receptitius, hunc ipsum Cicronem adducit locum. Est enim hoc loco recipere id, quod excipere. Porro quid sibi uelint ruita caesa, nam uerba sunt peculiariter iureconsultis, abinde patet ex Pandectarum libro decimomono. Lege decimoaetata: Si ruita, inquit Vlpianus, caesa excipiuntur in uenditione, ea placuit esse ruita, quae eruta sint, ut harena, & similia: caesa ea esse, ut arbores caesas, & carbones, & his similia. Gallus autem Aquilius, cuius Mela refert opinionem, recte ait frustra in lege uenditionis de ruitis & caesis contineri: quia si non specialiter uenerint, ad exhibendum de his agi potest. Neque magis de materia caesa, aut de cementsis, aut de harena cauendum est uenditori, quam de caeteris, quae sunt pretiosiora. Meminit & in Topicis de ruitis & caesis M. Cicero. Nam ne preterirent aliquid, quod ad argumentum in omni ratione reperendum pertinere, plura fortasse, quam abs re desiderata erant, sum complexus: fecitque, quod saepe liberales uenditores solent: ut cum edes, fundum uendiderint, ruitis caesis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi causa apte, & suo loco positum esse uideatur. Ergo cum significabimus inclementius tolli omnia, neque quicquam fieri reliqui, uenuste dicimus: ne ruitis quidem ac caesis receptis, ut iureconsultorum more loquar.

### Aetna, Athon. XXXIX

Aetnam & Athonem montes in molestia, ledijque pro uerbum abijisse, testatur Lucilius apud Aulum Gellium libro decimosexto, capite nono: etiam si locus is deprauatus habetur. Lucilij uerfus, quos adducit, sunt hi: Verum hic ludus ibi, susque omnia deique fuere. Susque & deique fuere inquam omnia ludus iocisque.

Illud opus dorum, ut Setinum accessimus finem uel d' loia τωδρ, ut aiunt: Montes Aetnae omnes atque asperi Athones. De Aetna Siciliae monte dictum est, quod gigantem sua mole premit, iuxta caeterarum fabulas. Sive quo crebris incendijs grauius ac perniciosus est accolis. Vnde & M. Tullius in Catone maiore dixit, omnia Aetna grauius. De Atho uero, quod ob in gentem celsitudinem, umbra sit molestus, qua in Lemni usque treceis distans stadys mittit, alibi diximus. Pomponius Mela tradidit huius cacumen altius, quam unde cadunt imbres: eius rei coniectura ex eo colligi, quod de aris, quas in uertice sustinet, non abluatur cinis, sed quo relinquatur agere manet. Obstat & nauigantibus, quod toto longe dorso procedat in pelagus, qua cointerit adheret. Vnde & a Xerxe permissus.

### Immunem uentire. XL

Immunem Latini uocant, quem ἀσμολογί Græci: nempe eum, qui nihil confert ad conuiuium. Horatius in Odis: Nardi paruis onyx elicit cadum.

Non ego te meis  
Immunem meditor tingere poculis  
Plena diues ut in domo.

Scd plusculum habebit gratia, si transferatur ad res animi, puta doctrinam, uerfus, aut simile quippiam. Aulus Gellius libro sexto, capite decimotertio, indicat uocem hanc in prouerbium abijisse. Ne omnino, ut dicitur, immunis & a symboli uentirem, conuclabamur ad conculam, non capediis ciborum, sed argutias questionum. Terentius in Phormione, Tene a symbolum uentire unclum atque lauium & balneis?

### Soterichi lecti. XLII

Apparet Soterichi lectos in uulgarem iocum abijisse de re uili priscacis, & minime ambitiosa, & rudis artificij. Sic enim Seneca Ennianos de Cetbeo uerfus irridens. Qui huiusmodi

uerfus amat, inquit, liceat sibi & eosdem admirari & Soterichi lectos, Aulus Gellius, nam ab hoc ista referuntur libro duodecimo, capite secundo: Dignus sane Seneca uideatur lectione ac studio adulescentium, qui honorem & colorem uerteris orationis Soterichi lectis compararit, quasi minime scilicet gratia, & relictis iam contemptisque. Coniiceret licet Soterichum fabrum fuisse quempiam, cuius opera priscam illam & rudem simplicitatem prae se tulerint. Nam Rhome postea argentea tridina diuitibus in usu fuisse, testatur Plinius libro trigesimalotertio, capite undecimo. Huiusmodi inter pictores fuisse Fulaium, Rutubam, & Claudianum, in sermionibus indicat Horatius:

Vel cum Pausiaca torpes insane tabella,  
Qui peccas minus atque ego, cum Fului Rutubaeque,  
Aut Placidiani contento poplite, miror  
Prelia rubrica picta, aut carbone.

### Peribis, si non feceris. XLII

Vbi quis in eum redactus est locum, ut nec aggredi rem possit citra magnum incommodum, neque tuto omittit, conueniet illud ex oraculo profectum: deinde populari, ut solet, sermone iactatum: peribo, si non fecero: si fixo, uapulabo. Refertur ab Aulo Gellio, libro nocturno tertio, capite tertio, & Plautina comedia, cui nomen Fretu. Versus Plautini sunt hi: Nunc illud est, quod Aretini responsum magnis ludis,

Peribo, si non fecero: si fixo, uapulabo.  
Porro que nam sit historia redditi oraculi, Gellius ipse testatur sibi non liquere, & in hoc, hos Plauti uersiculos enotasse, ut historiam quaereret. Sunt autem uersus iambici tetrametri catalectici. Vnde dicitur uerbum, adiectum, opinor, ab interpretante, submoimus. Nam in uulgatis codicibus scriptum est, magnis ludis dicitur.

### Ex se fingit uelut Araneus. XLIII

Prouerbialis dictur & illa collatio: Aranei ex sese teaxentis telam, & hominis ex seipso commisitentis mendacia. Sic enim Plutarchus in libello, cui titulus de Ostride: Οἷα ποιῶται καὶ καὶ λογιστὰ καὶ καθ' ἑαυτὸν οἱ ἀράχνη γενεῖται καὶ ἐφ' ἑαυτῷ ἀράχνη ἀντιποδῆτες ὑφ' αὐτοῦ. Ἐἰς ὅσοις ἐστὶν ἡ φύσις, id est: Quod uelut poetae & oratores, uelut aranei gigantes ex seipsis a nullis suggesta, exordio texunt, produciuntque. Plinius tradidit maiores araneas in terra caeuarum exigua uestibula prepaudere, minimas non texere: tertium genus erudita operatione esse cospicuum. Ordium, inquit, telas, tantique operis materie, uerfus cui sufficit: fuit iam corrupta illa natura, stato tempore, ut Democrito placet, sive est intus quaedam laniger a fertilitas, tam moderato ungui, tam tereti filo, & tam aequali, deducit stamina, ipso se pondere usus. Texere a medio incipit, circinato orbe subtegrina adnectens, maculasque paribus semper interuallis, sed ubi de crescentibus, ex angusto dilatatis indissolubili nodo implicat. Nec abhorrent ab his, quae Aristoteles refert lib. de natura animalium ix. addens araneos, mox ut aditi sunt fila mittere, non ex interioribus, uelut excrementa, quemadmodum sentit Democritus, sed de summa corporis parte, uelut corticem, aut in morem Histricis de cute spinas iaculantis. Non texunt autem, neque uenantur, nisi formae. Mas fruenti comens, non laborandi.

### Boue uenari leporem, & similia. XLIIII

Ἐὖ σοὶ τὸ μὲν λαγῶ κωμικῶς ἐπιβιβῆσθαι: Boue leporem uenari, dicantur quærem absurdam, stultam, & praeposteram aggrediuntur. Veluti si quis in curia Romana, citra pecuniam ambiat episcopi dignitatem. Plutarchus in commentario de animi tranquillitate: Οὐδὲ γὰρ ὁ περὶ αὐμ τῶ ἀξίον τῶ

τῶν θεολόγων ἢ τῶν τοῦ λαγοῦ κωνηγετῶν, δυνεχη ἐστίν, οὐδέ τῶν γυρίσων καὶ σαγλίσιος ἐλάφου μὴ λαμβάνουσιν, ἀλλ' εἰς δ' αὐμῶν ἐναντιῶτα μοχθῶν σὸς ἀλλὰ θελαπρία, ἢ μοχθῶν τῶν ἐπινατίαις ἐπιτελεῖσθαι, id est: Ne quis enim qui aratro uelit iaculari, ac boue uenari leporem, infortunatus est. Neq; ei qui laqueis aut rebus, ceruus non ceperit, illius malus aduersator genius, sed stultitia & peruersitas, aggrediuntur quae fieri nō possunt. Non quiduis est accommodum ad omnia, ueluti si quis homini studijs & ocio nato, bellum, aut rempublicam administrandam mandet τῶν τοῦ λαγοῦ κωνηγετῶν. Aut si quis studio & infuso iudicia commutat. Citat in eodem libello uersus, ni fallor Pindari, ἧν ἄριστον ἴσσοι, ἧν δ' ἀγροτῶν βίος, παρὰ νόμῳ δ' ἰδύναι τάχασι θελάφου, κἀκεῖν δὲ βεβελῶν φόνου, κἀνα δ' εἶ τλαστομῶν ἔξελισθῆν, id est: In curribus equus, in aratro uox bouis, nauem autem praeuertitur quāo ocy sine Delphinus. At apro paranti mortem, eadem est fortis inueniendus, nam haec quoq; prouerbij speciem habent.

Ab uno diagrammate. XLV

Plutarchus in libello de discrimine inter adulatorē & amicum ὁ δὲ κλάσ ἀφ' ἐνός διαιρέσιμαται, ὅτι τὸ κῆν, ἢ πρὸς χάριν ἠδωδὸς ὑποκρίεσθαι, οὐτε ἔργου οὐδὲ ἀνελπνον, οὐτε ἔριμα λυπῶν, ἀλλὰ μόνου παρῆσται εὐλαομῶν, σὺν δ' ὡρ ἄναι ἢ συμπαρονομήσθαι, id est, Adulator autem ab uno diagrammate semper id quod iucundum est, quodq; blandiator solitus succinere, neq; facto resistere nouit, neq; uerbo contristare, fed tantum obsecundat uolens ei, semper illi concinens & consonans. Palam est prouerbij specie dictum esse ἀφ' ἐνός διαιρέσιμαται. Est autem diagramma pictura, descriptioq; philosophorum, quare in exponant oculis, ut perinde ualeat, quasi dicas, de eadem formula.

Nonfilius Achillis. XLVI

Inter carmina nobilium poetarum, quae a doctis uice prouerborum usurpantur, haec quoq; referri posse uidentur. Οὐ ποίει ἀχιλλεύος, ἀλλ' ἀχιλλεύου αὐτῶς εἰ. id est: Haui satus Achille, uerum Achille iupsum es. E tragedia quapiam aut comes diajmspū uidentur. Est enim uersus trimeter iambicus. Usurpatur a Plutarcho in eodē commentario quem inscripsit, quae ratione sit adulator ab amico dignoscendus: Ait enim adulatorem modis omnibus sic amicum imitari, ut illud in eum dici possit: Οὐ ποίει ἀχιλλεύος. &c.

Hidem Terentianus Parmenio in Gnathonē Thrafonis orationi subseruientem. Hem alterum hunc ex hoc natum dicas.

Vlysses pannos exuit. XLVII

In eodem quem modo dixi commentario Plutarchus hunc Homericam uersum usurpat, non sine specie prouerbiali, ex Odyssae X. Ἀγρὰς ὁ γυμνοῦν θεκίωρ πολυμυλίος ὁδωσῶς, id est: Vlybus at pannis mox est exutus Vlysses. Accommodare licet ijs, qui genere ut & subito commutato, & pauperibus diuites, & squalidis nitidi, & tristibus hilares existunt. Nam vlysses simul atq; pamos in quibus menadicum apud procos egerat exutus magnificis uestibus ornatus effect, repente usus est alius. Plutarchus torquet in adulatorem, qui Polypti more omnium studijs sese accommodat: adeo ut qui paulo ante apud amicum studijs se dedidit, prolixam barbam ac pallium gestari, asidue uersans in libris, nihilq; cre-

pans, nisi numeros, reclangulos, & triangulos Platonis: si forte fortuna in amicum incidit, uoluptatibus additum, continuo mutata figura uelut a Circe transformatus, Sardapalpus fiat.

Subitō alius. XLVIII

Simili modo torquet & illud Homericam ex Odyssae τ. in hominem repente mutatum, quāq; subito alius factus esse uideatur:

Ἀλλοίος μοι ἔσθ' ἐφάνης νέορ ἢ παροίεσθαι. id est: Hopsius nunc alius mihi, quam dudum esse uideris.

Congruunt huic illud Theocriti:

Ἀρῶν δ' ἔτραπῶνας με θεός βοροτόρ ἄλλορ ἔτελλε. id est: Num quo alius subito factus sum numine diuum.

In durum & implacabilem. XLIX

In hominem impendio rigidum & implacabilem recte torquebitur illud Homericam, ex Odyssae κ.

Ζοι δ' ἐλῆς ἧν σιδῶσαι ἀνελκτορ νόθ' ἐσι. id est: At tibi non unquam placanda in pectore mens est.

Plutarchus in commentario de dignoscendo ab amico adulatorem, ait hunc uersum obijci solitum Antonio ab assentatoribus, quod Cleopatrae efficitium amanti, non responderet in amore.

A finus balneatoris. L

Ἰσῶες ὄνθ' ἰσθῶν βαλυνέως, id est: Vt asinus balneatoris. Dicitur esse in eos, qui ex suis laboribus ipsi nihil fructus caeperent. Plutarchus in libello, περὶ τῆς φιλοσοφίας. Οὐδὲρ εἰ πέχρωμ, ὡσπερ ὄνθ' ἰσθῶν βαλυνέως, ζύλα καὶ φρυγανα κατακομίζω, ἀεὶ καπνῶ καὶ τέρψου ἀνασπῶμα παλάμῃ, λυπῶ δὲ μὴ μετέχωρ, μὴ δὲ ὡλεας, ἀλλὰ καὶ αἰεὶ πτῶ. id est: Nihil inde capiens commodi, uelut asinus balneatoris, qui ligna & sarmenta desert, semper siet mo ac fauillis oppletus, nunquam autem particeps balnei, neque teporis, neq; iudicij. Loquitur de diuite parco ac sordido, qui cum sit finis diuitijs, non fruatur tamen.

Lychnobij. LI

Apparet λυχνοβίος prouerbiali ioco dictos, qui lucernarium uitam docent, ut torqueri possit, uel in nocturnum potorem, uel hominem supra modū studiosum, qui quendam admodum dictum de Demosthene, plus absumat olei, quam uini: uel in sordidum & paruum, quasi de luxurinario oleo uidentem. Seneca libro epistolarum uicij. epistola cxxij. aeternum ostendit in lychnogam quendam, cuius tota uita erat praeposterā, adeo ut quicquid in nocturnum uulgus interditum solet fieri, id ille faceret noctu. Sub noctem expergisebatur, diluculo ibat cubitum. In quem ita iocatus V. arus lepidissimus baluator, ut cum diceret admodum fruguditer uiuere quippe qui nihil infumeret nisi noctem. Et quibusdam illum sordidum esse auarum dicentibus, nos, inquit, illum & Lychnobium dicentis. Est autem in ioco uox ambigua, ut intelligas eum usque adeo non sordidum, ut lucernam etiā absumeret, uel adeo paruum, ut lucernam uicturaret. Ceterum allusum est ad uitam hominis praeposteram, cuiusmodi describit in eadem epistola, & Butam quandam Atylium.

Quasi Sutrium cant. LII

Sutrium peruiusulum Heiruriae oppidum. Id olim defecerat a Romanis, cum quibus interant societatem. Camillus ad id delatus a senatu, ut eos cogeret ad fidem, ut ne in apparando commatu nullū temporis treretur, utq; Sutriini ipsi celeritate opprimerentur, edixit, uti singuli milites, trium dierum commatu, secum exportarent. Id deinde uersum est in prouerbum, quod usurpari consuevit, quoties aliquis suo



fuo sumptu nauat operam alijs. Sic enim interpretatur Festus Pompeius in fragmentis quibusdam. que Rome inueniuntur. Arbitror eandem esse historiam quam narrat Titus Liuius libro ab urbe condita sexto, Plautius in Casina: Tum quoque factus cito, ut ueniat, quasi eant Sutrrium. ubi Alcestimus, ut suos ad se mitat, sed suoapte cibo instructos. Notum est carmen Catulli, quo Fabullum ad cenam uocat, sed ita ut ipse se cui adferat, quicquid ad lautan conam pertinet.

ΑΥΤΟΛΗΚΥΒΟΙ.

LIII

ΑΥΤΟΛΗΚΥΒΟΙ, uulgato uerbo dicebantur, qui non ex animo, sed uentris causa colerent amicos, inde conficta uoce, quod sponte ad Lecythum commearent, quia inuocati preesto essent in conuiuijs. Eo solum τρεπεζεως quos uocatos fuisse testatur, et ab Eupolide, τινες πρὶ τέρωνοι καὶ μετ' ἑστῆσορ ὀλιγοί, id est: Circa largitiam et post prandium amicos ditos fuisse Plutarcho in libello, cui titulus: Quo pacto quis dignoscere possit adulatorem ab amico, ἀλλὰ μὴ καὶ δῆλός οἱ πολλοὶ τοῦς αὐτολεκυβότους τῶτους λεγομένους καὶ τρεπεζεως καὶ μετὰ τὸ κατὰ χρεῖσας ἰδῶς, ἀκορομυθεῖς, ὡς ἄε εἴπωε, κολακίαις νομίζωμεν. id est: Sed ne quemadmodum uulgus hominum facit Autolecythos istos, qui uocantur, ac mensales, quique tum demum audiunt, postea quam aqua manu infunditur, sicuti dixit quidam, existimemus adulatores. Vbi est eo uerbo Demosthenes in oratione aduersus Cononem. Interpretes uarie exponunt: uel de his, qui ad quiduis perpetiendum parati sunt: uel de pauperibus, qui preter lenticulam nihil possident: uel de ijs, qui faciles sunt ad deprecandam pecuniam, quod quidem soleant in lenticulis pecuniam recondere, atque alijs item modis, quorum nihil comenit cū sententia Plurarchi. Congruat cū eo quod alibi dictum est, seruet olla, uiuat amicitia.

Melitæus catulus.

LIIII

ΜΕΛΙΤΑΪΟΥ ΚΑΥΙΔΙΟΥ, id est: Melitæus catellus dicebatur is, cuius opera nulli sericæ re cōdicebat, sed damtaxat animi causa alebatur, cuiusmodi non mediocris est multitudo in diuitum familijs. Aliorum canum uarijs est usus. Sunt quibus ædium custodia delegata est, ut noctibus aduersus fures excubias agant. Hi uocantur οἰκερεῖοι. Sunt quorum opera in uenatibus utimur, qui δρεβυλοὶ dicuntur. Sunt quorum nullus est usus, nisi ut cum ociosis ac delicatis matronis luserint, qui nostris quoque temporibus, mirum quam sint in delitijs. Atque ij μελιτώοι uocantur, nimis ubi insula Melita, inter Cocyram et Illyricam sita. Auctor Plinius libro tertio, capite ultimo. Apud Lucianum in Lapidibus γλωσσοποῖος Alcidas mantem Cynicum, μελιτώοιο καυιδίου uocat. Athenæus libro decimo scribit Sybaritis uehementer in delitijs fuisse canes Melitæos.

Ilico hyems erit.

LV

Aristoteles in problematicis tertiadecima, refert hunc uersum, nullo citato auctore, sed ueluti uulgo id estatum, Εἰ δ' ὁ ἰότης ἑορῆται προκαλέσεται, αὐτὴ καὶ χιμῶν, id est Ilico hyems fit, ubi Boream accesserit Auster. Causam hæc adfert, quod Notus suaapte natura nubem et imbrem affatim colligit. Proinde, si hoc tempore Boreas accesserit, congelascent omnia huius rigore, atque ita protinus hyems. Adijcit in eodem problemate carmen alterum consimili serē sententia: Εἰ ἑορῆται πικλὸν κατὰ λήϊετα, αὐτὴ καὶ χεμῶν, id est: Mollētutum Boreas si prenderit, ilico hyems fit. Id tamen si uulgo simpliciter dictum appareat, tamē nos eō defletere poterimus, ut dicamus ingens periculum imminere, si malum malo successerit. Veluti si qui immodice discrutiat sese

studij laboribus, amare etiam incipiat: aut si qui prius principi parum gratus fuit, in plebis etiam odium ueniat: aut si regi uehementer leni, placidoque, succedat admodum rigidus, aut contra. Nam huiusmodi subite mutationes, maximos rerum motus solent excitare.

Eundem calcem omni pedi inducere.

LVI

Galenus Therapeuticis libro nono: ἐκείνου ἢ αὐτὴ τρεπεζιστοῦ, οὐτὲ ἰσαστοῦ, ἀλλὰ ὁ κατὰ τὴν πρῶομίαν, ἐνὶ καλαπόδι πάντας ἰσποδῆστον, id est: Isti quidem igitur neque inquirunt, neque sciunt. Quin magis iuxta prouerbium, eodem calcamento calcant omnes. Loquitur de quibusdam medicis: imperitis, qui non habita ratione morborum, eadem remedia admodum omnibus, cū diuersa mala diuersam curacionem desiderent. Non distimile illi quod alio dictum est loco: Scis simulare cuprejsum. Ad hanc firmam pertinet, quod adducit Hieronymus in prima præfatione commentariorum, quos edidit in epistolam Ad Ephesios: Nec ad instar imperiti medici, uno collyrio omnium oculos uelle curare.

Cochleæ uita.

LVII

ΚΟΧΛΙΟΥ ΒΙΤΗ, id est: Cochleæ uita. De ijs, qui parce paruoque uiuant, aut contracti a negocijs, luceque forensi semotenti. Notum est animal, unde sumpta est metaphorā. Plutarcho in libello, πρὶ τῆ ὀλιγοπλοστίας, σὺ δὲ τοσούτα πρᾶγματα συνείχεο, ὅτι τὰς ἄλλας καὶ εὐδοκίαν ὁσάντο, κοχλίον βίον ἴδον διὰ τὴ μικρολογίαν, id est: Tu uero tantum molestarum sustines uerbans ac torquens teipsum, cum ob parsimoniam cochleæ uitam uiuas.

Bello parta.

LVIII

ΕΚ ΠΟΛΕΜΙΑΣ, id est: Ex hostium regione. Vbi quis immodice insulauerit. Solem enim celerris ac temere profunderet, si quod hostibus sit ereptum. Quod quidem adagium et hodie passim audimus uulgo dictari in lucrones et belluones. Plutarcho in libello cui titulum sciat, ἢ γὰρ εἰς παρὰ γὰρ ἐλματα, ἐμπροσθεν πρὸς ἑτέροις ἢ ὡς πολυπλοῦς, ὅτι ἀπολαύει, καὶ ἀσπασεῖ ἐκ πολεμίας ἀρετῆς ἐπιστιτιστομυθεῖς, id est: Impleri apud alios, cibus sumptuosus, fruique uelut ex hosti regione raptis, amiserit sese cito onerantes. Vbi patet idem Symplosiacæ decadis septimæ, problemate sexto

Panis lapidosus.

LIX

Illud si quis prouerbium esse negabit, cum hoc equidē non admodum digla labor. Certe dignū est, ut assidua usuratione in adagiorum contubernium cooptetur, quod refertur in Seneca libro de beneficijs secundo: Panis lapidosus. Sic enim Fabius Verrucosus appellabat beneficium, ac homine duro asperre datum, quem esserientē necessarium sit accipere, durum et acerbum esse. Ita quidam contantione, toruitate uel tuis, asperitate orationis, ostentatione molesta, corruptum beneficium, ut nemo sit acceptorius, qui possit eo carere.

E Patroclis domo uenit.

LX

ΕΚ ΠΑΤΡΟΚΛΕΩΣ, id est: E Patroclis domo. In sordidus, sumptum a moribus Patroclis causam Atheniensis, prædicitis quidem, uerum impendio parci sordidusque, quem uetus comædia talem sermē depingit, qualem Plautus Eucليونem, testat Aristophanis interprete, cuius uerba Suidas quoque refert, qui et prouerbium esse uult: Εἰ δὲ αὖτε in Aristophanis Plauto. Is amnesse squalidus, incultus, et sordibus oblitus, rogatus unde uenisset: Πῶδε μὲν οὐδ' ἑσάσομαι αὐχμῶν βαδίζας, id est: Vnde igitur alio sordidus squalidusque; uenias dicito. Atque ille respondet:

ΕΚ ΠΑΡΟΙΜΙΑΣ ΕΡΧΟΜΑΙ  
ὅς οὐκ ἔλδοσ' ἐξ οὐτοῦτο ἔγενετο.

id est:

De Patroclis domo,

Qui haud lauit inquam posteaquam natus est.

Tam in proclui quam imber, LXI

Non absq; proverbij specie dictum est illud à Plauto in fabula, cui titulus est, captivi duo:

Tam hoc tibi in proclui quam imber est, quando pluit.

Nam proclui proprie dicitur, quod ex alto deorsum propen det. Arduum est autem onera submoleri in altum, deorsum vero uel suapte sponte deualtantur.

Et post malam fegetem, seren-  
dum est. LXII

Equidem non pugno esse proverbum, etiam si proverbij similitudinem est, illud epiphonema Seneca, libro epistolarum undecimo: Et post malam fegetem serendum est. Quo licebit uti quoties res parum ex animi sententia cecidit, et significabitur non esse desistendum à conatu. Quamquam Seneca loquitur de ijs, qui refugium in illum hominem beneficium collocare, quod semel inciderint in ingratum. Eiusdem generis est, quod eodem subnectitur loco: post naufragium maria tentantur.

Spes seruat afflicto. LXIII

Plutarchus in libello de ratione uictus, indicat uulgatum fuisse proverbum de spe, nec tamen explicat, quidnam id fuerit, τοὺς πολλοὺς δὲ μαλακίαι καὶ ἀκρασίαι σὺν κροσσοῖσι ἔχουσα παρομίαι ἐλπίς ἀναπέθετο ἢ προσάγειται βούλησιν ἀνασάντων ἰταμῶς ἡδὴ τῷ σωθῆσθαι, id est: Plerosq; uero spes intemperantiae molliciaq;, patrocinnante proterbio adducit huc, ut relictis fratribus, ad consuetà redeant uitam. Quod autem sit illud proterbium quod intemperantiae suae pretebant homines, declarat in his quae sequuntur. ὅς οἶνον δὴ τὸν οἶνον κροσπῆν δὲ κροσπῆν ἐξελόντας καὶ διαφροσάντας, id est: inquam uinum uino et crapulam cranapula eiecerunt ac discusserint. Ex his apparet Plutarchum alluisse ad proterbium, Clauum clauo pellere. Quod quidem et hodie manet aequae celebratum inter compositores. Addunt iocum de pilo canis rabidi, et experientur faciem multis exitalem. Quamquam et obiter allusum est ad hoc quod extat in sententijs è comae dijs, ut apparet collectis: Ἀνὴρ ἀπυχῶν, σώζειται τοῦς ἐλπίσι, id est:

Spes seruat hominem, rebus in diuersi bona.

Notum est illud Nasonis.

Spes bona dat uires, animum quoq; spes bona firmat.

Viure spes uidet, qui mortuus erat.

Deinde Pindarici illud apud eruditos penè cecit i proterbiū: Ἐλπίς γυροῖσθ'.

Id est:

Spes atrix senectae.

Sic enim Plutarchus in libello de tranquillitate animi καὶ τὴν ἀνθρώπων ἡ δόξα. Ἐθελοτέρη δὲ πῶν ἀνθρώπων γυροῖσθ' ἢ ἐλπίς, id est: Et memoriam incandiorum, ac firmo rem. Pindarica spes, senectae atrice. Refert autem hunc Pindaricum locum Plato libro de Rep. primo. ὅτι δὲ ἂν δυνάως ἔστωσιν τῶν εἰρησθ' ἀγαθοί, γλυκῆς οἱ κροσσίαι ἀγάλοις, ἢ γυροῖσθ' ἀνασάντων ἐλπίς, ἢ μάλας θνατόων πολλοῖσθ' ἀνασάντων κροσσίαι, id est: Propterea quod qui iuste pietq; uitam peregerit, huic dulcis cor exhibeatis, senectutis atrix, familiaris est spes, quae maxime uersatilem mortalium mentem gubernat.

Tria saluberrima.

LXIIII

In eodem opere, quadoquidē nullo autore refert, uidetur

et hoc proverbio fuisse dictatum. Sed praesertim ipsius uerba transcribere. ὅτι ἔστι ἀλλοτρίαι τῶσθ' ἀπορίαι, καὶ πόνοι ἀνοήτων ἢ ἀσέβων οὐσίαι ἀσπῆκται, ἢ γενέσθαι εἶναι, id est: Vnde optime dictum est, uesci cetera saturiatem, non refrigerare laborem, naturae semen conseruare, esse saluberrima:

Admoto capite.

LXV

Plutarchus in libello cui titulus, πῶς ἂν τις διακρίνητε τὴν κόλασαν τοῦ θλάς, uersum hunc qui apud Homerum frequenter obuius est, cum proterbium uersat:

Ἀρχὴ χάρις κεφαλῆν, ἵνα μὴ πῶν θοισάσθ' οἱ ἄλλοι, id est:

Admoto capite, reliqua ne audire ualeant.

Admonet eo loco, si quid oburgandum est amicus, ut id fiat primum in tempore, deinde comiter et amice magis quam aspere, postremo clanculum senotis arbitris. ὅτι ἔστι μὴ ἔχει τὸ ἀρχὴ χάρις κεφαλῆν, id est: Vnde optimum est illud: Admoto propius capite etc.

Cur cessatum est.

LXVI

Eodem in commentario uersat et hunc Homeri uersum ex Iliados. Α.

Τὸ δ' εἶδ' ἡ, τὴν παρόντην λέλασμένα δόξ' ἢ ὠλέκῃ, id est: Dic quidnam acciderit nobis, ut Martia uirtus

Tyride, exciderit animis:

Licet uti, quoties communem culpā apud amicum agnosceramus, et in re quapiam male cessatum esse significabimus.

Abijciendum procul.

LXVII

Cum uirtum aliquod, aut rem aliquā noxiam admonerimus procul abijciendam esse conuenit uersus ille, ni fallor, Homericus:

Εἶς ὄρ' ἢ, ἢ εἶς κῆμα πολυφροσῖοιο θαλάσσης, id est: In montem tumidiusue frementis in aequoris undas.

Sic et Horatius in Odis:

Vel nos in capitiolū, Quod clamor uocat, et turba fauentiū, Vel nos in mare proximū, Gemmas et lapides, aurum et inutile,

Sumni materiam mali

Mittamus, scelcerum si bene poenitet.

Contra Theognis non opes sed ipsam paupertatem iubet, εἶς μερῶν πικρὰ πόντορ εἶπῆσθ', id est: In immensum mare proiecere. Itidem hominem uehementer peccantem in extremis infulus deportandam dicimus.

Testudinum equus insequitur. LXVIII

Plutarchus in libello qui scripsit aduersus Stoicos: Πολὺ δὲ τὸ πῶν χρεαλιώτερον ὄσθ', καὶ μᾶλλον ἀσπῆκται πῶν ἐνοήτων, τὸ μᾶλλον δὲ μανθῆς περιμεταστολα βῶν ὄσθ', μᾶ δ' εἰ χρεαλίνον, τὸ τῶν λόγῶν φασί, μετόσθ' ὄσθ' δ' ἰώκοι ἀσπῆκται τοῦσθ' ἢ πῶν, id est: Multo uero illud indignius, et à cogitationibus sentitius, nihil à quoquam comprehendit, nec sit testudinum, id quod proterbio dicitur, à tergo insequatur Adrastii celer equus. Conuenit uti, cum rem propterea et absque geri significamus. Finiuntum est illi, quod aliis à nobis dictum est: Testudinum Pegaso comparatis, et: citius testudo leporem praerentit.

Stultior Melitide.

LXIX

Μεσοῦσθ' ἢ μελιτίδης, id est: Stultior Melitide. Melitides unus est felicitissimus illis fatuus, quos Homerus suo carmine nobilitauit. Hic iam euryfa Τροίας, uenisse legitur αὐτοῦ ἑλθόντος Λαττορῶν, ut meminit Eustathius decimū Odyssae librum enarrans. Lucium in amoribus, μελιτίδην ἢ κόροισθ' οἶα με πηδῶν θεῶσθ' id est: Melitiden aut Coraculum me putas per deos: Proterbium refertur à Zenodoto, docens hunc

hinc comitorum comicijs fuisse traductum ob stultitiam, nec potuisse numerare supra quinq; & delecta uxore novam nuptiam non attingisse, verum ne se illa accensat apud matrem. Commemorat eodem in loco & alium quendam insigniter stultum, qui dubitavit ex utro parente fuisset natus. De Melitidis sodali Coraëbo meminimus alibi.

Non pluit &c.

LXX

Plutarchus in caufis naturæ alibi, refert hunc versiculum proverbio iactatum apud præcos:

ΜΗΚΕΤΙ ΒΥΚΤΟΣ ΨΕ, ΗΚΕΜ ΤΕΚΗ ΑΥΡΟΤΕΡΑ ΟΥΣ. id est: Iam non nocte pluit, quæ fuis factum adit agrestis.

Quærit autē, cur domesticæ suæ sepius, idq; incerto tempore pariant, contra feræ semel duntaxat, atq; ipsæ semel diebus. Hi sunt initio æstatis, quæ pars anni minimum est obnoxia pluvie, præsertim apud Græcos. Non alium equidem in idem proverbijs usum, nisi si quis significare velit exacto vere, aut autumno, serenitatem fore. Quod si libet longius etiam detorquere, per iocum licet uti, cum significabimus, ubi hoc aut illud evenit, quod brevis sit eventuum, finem malorum nobis fore.

Electro lucidior:

LXXI

ΗΛΕΚΤΡΟΣ ΔΙΑΦΗΡΕΣΤΕΡΟΣ, id est: Electro pellucetior. De re magnopere dilucida, aut de luce supra modum nitida quod electrum miro quodam more pellucet. Vide Vergilius, liquidam appellat.

Liquidum potest electro.

Lucidus in amoribus, ΗΛΕΚΤΡΟΣ ΦΑΡΙΣ, η̄ ε̄σι διαδωνιας ἕλας διαφερέστερος, id est, Electro, ut aiunt, aut Sardonio nitro pellucetior. Sardonium aut utrius vocat, quod ea civitas artificio vitri fuerit olim nobilis.

Tam perit, quam extrema faba.

LXXII

Festus Pompeius, ostendit proverbio dici solere: Tam perit quam extrema faba, propterea quod & extremae fabe plerumq; aut proteratior, aut decerpuntur & proteruntur. Quadrabit igitur in hominem, seu rem omnibus omnium iniurijs expositam. Velut si quis dicat theologiam tam perire, quam extremam fabam, quod passim ab indoctissimis tractando corruptatur.

Tyriamaria.

LXXIII

Tyriamaria proverbio dicebatur, de re magnopere tumultuosa, periculiq; plena. Festus Pompeius inde natum adagium indicat, quod Panni Tyro orientali adeo potentes maris fuerunt, ut per hos omnibus mortalibus navigatio esset periculosa. Citatq; Afranium, qui scripserit de quopiā, quod Tyriamaria conciret, hoc est, ingetes turbas. Tyrum prius insulam Alexander Magnus continentem fecit.

Alteram manu fert aquam &c.

LXXIII

Ἐν ἅ ἕως φορῶ, τῆ δὲ ἐτέρη τὸ πῦρ id est: Alteram manu fert aquam, altera ignem. In eum torques licet, qui cum coram sit blandus, occulte nocet. Aut in bilinguem, & nunc laudantem, nunc vituperantem, aut in diversâ sententiam. Finitimum illi Plautino:

Alteram manu fert lapidem, pacem ostendat altera.

Refertur adagium à Plutarcho, in commentario de primo frigore, τῆ ἅ ἕως ἐφόρος δολοφρονέσασα χερσὶ, τῆ δὲ ἐτέρη τὸ πῦρ id est: Altera quidem aquam gestabat dolosa manu, altera vero ignem. Loquitur autem de muliere diversis & contrarijs instructa. Mirum est autem idem dictum hodie totidem verbis in ore esse vulgo.

Vapula papyria.

LXXV

Vapula papyria, Sifinius Capito scribit proverbio dici

solitum, si quando volebant significare se negligere minus aliorum: hoc tantum reperimus in fragmentis Festi Pompeij. Sufficor esse plagas, frustra conatus est excelsperere, quid actum esset in senatu. Proinde Papyri legendum, non papyria, nisi maus subaudire lege, ut sit communitas pœnam legis papyria. Aut si magis placeat, ut intelligas de Papyria, uxore Pauli Aemilij, quæ repudiata est à marito, cum repudiij causam nemo scire potuerit. Quid enim facias? diuandum est, ubi non succurrant auctores.

Quasi millus canis.

LXXVI

Sapit & hoc proverbio, quod apud eundem ad populum dixit Scipio Aemilianus. Nobis, inquit, rei q; collare, præsidio eritis, quasi millus canis. Nam millus est publicæ eadum venatorum, coriaccum, confutum clavis ferris eminentibus adversus impetum luporū. Ad hunc igitur modum, certum firmumq; præsidium significabimus.

Non liberat podagra calcus.

LXXVII

Plutarchus in commentario τῆς ε̄σι ε̄δωμιας, refert huiusmodi sententiam, eum vulgo iactatam, alioqui ipsa quoq; figurâ proverbio præ se ferentem. ΟὐΤΕ ΠΟΔΑΓΡΑΣ ἢ ΤΑ ΔΑΨΙΕ ΚΑΛΤΙΚΙΟΝ, ΟὐΤΕ ΔΟΚΥΔΙΟΝ ΠΟΛΥΤΑΛΕΣ ΠΑΡΩΝΧΙΑΣ, ὅΤΕ ΔΙΔΩΚΙΜΑ ΚΕΡΑΛΑΛΥΓΙΟΣ, id est: Nec podagra liberat calciculos, nec pretiosus annulus unguium vitio, quam παρωνυχιαμ uocant, nec diadema capitis dolore. Plutarchus utitur ad hunc modum, si diuitie reliquaq; fortune munera, non tollunt morbos corporis, quanto minus mederi possunt animi malis.

Vo no digitulo.

LXXVIII

Vno digitulo, summam negotij facilitatē significabant. Terentius in Eunucho. Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus. Næ tu istas fixo, calcibus sepe insulsetibus frustra. Hieronymus in dialogo Lucifariani & Orthodoxi. Hanc igitur hastam, quam totis viribus misisti, de qua nobis minutaris, uno, ut aiunt, digitulo repellam. Huc pertinet & illud, quod alibi dictum est: Minimo proiuocare, cum significamus, nos uel nullo negotio posse vincere.

Muli Mariani.

LXXIX

Muli Mariani, castrensi proverbio dicti sunt uaricosi milites, qui ex C. Marij ducis instituto, in sicca tabella interposita, sua onera portare consueverunt, ut testatur & Festus Pompeius. At Plutarchus in uita C. Marij originem adagij bifariani refert: cum Marius imperator milites ciuosuariusq; ac longis itineribus, gestandisq; oneribus, exerceret, atq; illiam assueti, non grauitate ferrent, castrensi ioco muli Mariani dicti sunt. Meminit adagij & Iulius Frontinus libro stratagematon quarto hisce uerbis: Caus Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maxime exercitus agmen oneratur, uas & cibaria militum in fiscalicos aptata feris eis imposuit, sub quibus & habile onus & facilis requies esset, unde & in proverbio tractum est: Muli Mariani, nimium ob laborum tolerantiam, quod Homerus ἡμιόνους τὰ λαέγγυος identidem appellat. Sunt qui tradant cum Scipio quo tempore Numatiani obsidebat, non solum arma & equos, uerum etiam mulos dare pararet, Mariani dixisse se pulcherinum equum & mulam à se nutritum habere, qui robore ac uiribus longe ceteris præstaret, militem significans ad quiduis laboris exercitatorum cum sepius ab imperatore referretur, in adagium abiit, ut si quando militem significarent tolerantem, mulum Marianum appellarent. Hanc alteram proverbij originem refert Plutarchus in uita Marij. Seneca

in ludicro libello, quem scripsit in Claudium Cæsarem, multos perpetuarios nominat. Festus Latine, si detorqueatur in hominem immenso studio, aut perpetuis negocijs uehementer distrahatur.

Osculana pugna.

LXXX

Festus Pompeius indicat Osculanam pugnam prouerbio dici solitam, quoties uicti uincunt. Idq; inde natum, quod Valerius Leuinus imperator, prius à Pyrrho uictus, postea post eundem regem deuicit. Citat Ticinium, qui huius adgij fecerit mentionem. Quamquam hic quoq; locus mutulus ac truncus est apud Festum.

Osce loqui.

LXXXI

Osce loqui uetusto prouerbio dicebantur, qui turpiter, parumq; pudice loquebantur. Ab Osorum moribus impusione sumpta, quod apud eos spurcarum libidinum ammissionis usus fuerit, unde et obscena dicta quidam putant, quæcumq; factu dictuue turpia sint, etiam si refragatur Festus Pompeius. Citat autem Ticinium quemdam, qui scripserit ad hunc modum: Osce et Osce fabulantur, quia Latine nesciunt.

Sero molunt deorum mole.

LXXXII

Plutarchus in commentario, cui titulus, ἡδὴ τῶν ἰσθῶν τῶν θεῶν βραδείως τιμωροῦμεν, ὥστε οὐχ ὀρθῶς, τι χεῖρο μορ ἔσεται, τοῖς θεῶν δὲ πούτοις ἀλλὰ γὰρ λαγυρῶσις μὲν λαιε τῶν θεῶν, id est: Itaq; non ideo, quidnam utilitatis insti- istis deorum molis, que sero dicuntur molere. Ceterum ex his, que præcedunt eodem in loco, colligere licet dici solitum de his, qui licet serius tamen aliquando poenas dant malefæstorum, iudici æo.

Intranscursum.

LXXXIII

Plutarchus in commentario de liberis educandis. Ἐὰν ταῦτα εἶναι ἐκ περιεργουμῆς μαθηρῶν ἴσως εἴη γένηται τῶν ἐν κερ, id est: Sed hæc quidem ex transcursum discere, ueluti de gustandi causa. Metaphora planè prouerbiu sapit.

Tribus uerbis.

LXXXIII

Tribus uerbis pro paucissimis dicere prouerbiale est. Dicit Hieronymus in dialogo Luciferiani, et Orthodoxi: Tribus, ut aiunt, uerbis, rem istam grandem dissoluit. Item Gesta Terentianus negat quosdam tria inter se commutatoris uerba. Pindarus in Nemeis, ἄξιον ἔπειτα δὲ διακρίσει, id est: Tria uerba sufficient. Tanti me non fugit hic interpretes su perflitiosus philosphari de tribus uerbis. Consimili figura, sexceta dicimus p multis. Proinde sexcetas mihi dicas scribito.

Ne punctum quidem.

LXXXV

Dicit Hieronymus in epistolis: Et apostolicæ uoluntatis sequentes uestrigia, ne punctum quidem, ut dicitur, aut unguem transuersum ab illius sententij recedamus. Apud Mathematicos punctum minimum quiddam est in dimensione corporis, adeo ut diuidi non possit, quod imaginatione porrectum in longum, lineam efficit: rursum in latum porrecta linea superficiei efficit. Ad eundem modum Terentius in Andria: Tanta temporis ad hoc mihi punctum est.

Incita equum iuxta nyssam.

LXXXVI

Κέντρε τὸν πῶλον ἡδὴ τῶν νύσων, id est: Stimula equum iuxta lineam, dicebatur ubi sermo loquentis aberraret ab eo quod esset institutum. Natum uidetur ex Iliados Homericæ. Vbi Nestor multis uerbis docet filium Antiochum quomodo debeat regere, addit et hoc, ἐν νύσῳ δέ τῳ ἵππῳ ὀξείτερος ἐγγιθῆναι, id est: Ceterum equum leuam, confringat linea metæ. Sumptum ab equistri cursu, qui inter prescriptas metas ac lineas age atq; transsilire nefas erat. Ad quod haud du-

bie Fabius allusit, in uidecino institutionum oratoriarum libro, referens Cassium Secuerum lineam poscere solitum, aduersus eos, qui in aliena transirent subsellia, ueluti qui prescriptum limitem excederent. Finimilli, ἐκ τῶν ἑλωδῶν, id est: Extra oclas. Ἡε ἰλλί, ἵππῶς τὰ ἑκαμῆλῖα πῶδ' ἄρ. Vbi patuit prouerbij titulo Gregorius Nazianzenus in oratione de sancto pascha. ἀλλοτὶ τῶν ἡμῶν ἄρχῃ ἀρ ἰ ποιτιε τῶν ἐλατόρων. Δεξιοτέρων, κέντα τὸν πῶδ' ἄρ. ἡδὴ τῶν νύσων, τὰς ἑορτῆς ἐλλοσῶρε, id est: Sed hic frasis aliquis nobis dixerit ex his qui amant dies festos, ac calidiores sunt, incita equum iuxta nyssam, ac de festo disscere. Vtatur eodem prouerbio in oratione de natali Iesu Christi.

Præstat inuidiosum esse &c.

LXXXVII

Nihil tam uulgari sermone idiatum, quam hæc sententia: Præstat inuidiosum esse, quam miserabilem. Nam inuidia ferè comes est felicitatis, misferatio calamitatis. Est autè apud Herodotum in Thalia. οὐ δὲ μάδων ἔσο φρονεῖσθ' κρείσσον ἔστι, ἢ οἰκτεῖσθ', id est: Tu uero doctus, quanto satius sit, inuidiosum esse quam miserandum. Exat epigramma Græcum Pallade in hac sententia. ὁ φθόνος εὐκτεριστὸς κατὰ πίνδαρον ἔστιν ἀμείνων, οἱ βρασκανὸς μωροὶ λαμπρῶν ἔχουσι βίον, τοῦς δὲ λίαν ἀπαχθῶς οἰκτεροῦμεν ἀλλὰ τίς εἴημ μὴτ' ἄχαρ ἰσθῶν ἄμωρον, μὴτ' ἐλασθῶς ἔγω. ἢ μεσότης γὰρ ἄριστος, ἐπει τὰ μὲν ἄνεα ἀπέφυκεν κινδύνοῦς ἐπαγερ, ἔσχατα δὲ ἕσπερ ἔχει. id est: Peior liuore est misferatio, Pindarus inquit, Nam sunt felices quos petit inuidia.

Horum nos contra misferet, quorum aspera fors est.

At mihi donari non cupio alterum.

Vt nimum felix, uel sim misfer ab illi.

Nam præstat cum istis: rebus adesse modum.

Quandoquidem esse iucina pericula fortis.

Imaq; deprimitur non toleranda seris.

Est autem apud pindarum primo hymno Pythiorum.

Ἄλλ' ὅ μωρὸς κρείσσον γὰρ δικτεροῦμεν φθόνος.

Μὴ πταῖνα κωλας, νόμοι δὲ ἡμῶν τῶν ἀλλίῳ ἔσχατα, id est:

Veritatem melior est commiseratione inuidia,

Ne omite honesta, gubernata iusto cleuo exercitum.

Rursus in Nemeis hymno ostiao. ὅλον δὲ λόγῳ φρονεῖσθ' σιμ, ἀπῆτα ἔσλων ἀεὶ, χρεῖνεοσι δὲ οὐκ ἐξίη, id est:

Opsonium est inuidis obtratio. Attingit autem honestos,

cum deterioribus non contendit.

E nassa escam petere.

LXXXVIII

Admodum certe prouerbiu dictum est à Plauto,

ciantè Festo Pompeio:

Nunquam hercle ex ista nassa hodie escam petum.

Et Cicero ad Atticum libro quindocimo: Ex hac nassa exire constitui, non ad fugam, sed pntem mortis liuorem. Est autem nassa piscatorij uasis genus, quo postea quam intrari pitiscis, exire non potest. Vnde prouerbia sunt et illa: In nassam incidere, et: In nassa claspus.

Nec mulieri, nec gremio credendum.

LXXXIX

Idem Festus indicat huiusmodi prouerbiu ualgo dictum fuisse: Nec mulieri, nec gremio credi oportere, quod illa incerti, ac leuis sit animi, et plerumq; fiat, ut in gremio posita, cum in obliuionem uenerit, exire gentibus prociat.

Vnâ cum templis & aris.

XC

Plutarchus locus aliquot in Symposiacis significat anti-

quitus

quibus fuisse morem, ut quoties incipiunt deo res diuina fieret, omnibus simul uota fierent, uidelicet ne Calydonij suis tragodia renouaretur. Imocentes autem deos, addebāt haec uerba seu solemnia, ἅμα σὺν νοοῖς καὶ βωμοῖς, id est, vna cum phanis & aris. Non admonet quidem ille palam, esse prouerbium, tamen ita uidetur usurpare, ut coniecere possis, prouerbio dici solitum, cum nihil omnino protermissum uolebat significare. Quae admodum & hodie uidetur, vna cum uerbis & calcamentis. Et demigrarunt unā cum sarcinis & impedimentis.

**Mercurius superuenit.** XC I

Ὁ ἐρμῆς ἐπασιδύμενος, id est, Mercurius superuenit. Ita loqui consueuerunt, si quando silentium oritur in conciliabulo multorum, significantes non esse fas loqui Mercurio praesente, qui sermonis sit autor. Omolungo & hodie putatur, si quando in coetu, aut conuiuii, subitum omnium silentium fuerit obortum. Refertur adaequum a Plutarcho in commentario, πῶς ἐστὶ ἀσάλευχος. Affine est illi, quod alibi dicitur: Lupus in fibula.

**Dulce pomum, cum abest custos.** XC II

Γλυκὴ ὄπωρα φύλακτος ἐκλειοπέτοτος, id est, Custos ubi deest, dulce pomum est felicitas.

Senarius est prouerbialis, quo licet ubi, cum significabimus impunitate malos ad peccandum prouocari. Sumpta metaphora a pueris & adolescentibus, qui sibi non temperant, quo minus furentur poma, si senserint abesse custodē. Vtitur Plutarchus in libello quē inscripsit, ἐρωτικόν, in Philosophos, qui sub pretextu philosophiae, libidini suae seruauit. πρὸ φασίς οὐρ ὀλιγά ἄρετι. νονίεται δὲ καὶ ἰσοχολατέ ἄταρ ὄφρως αἰσῆ, καὶ ὀλιγοσφῆρ φασί, ἄσφαρον ἐρῶ δια τὸν νόμον, εἰτα νύκτας καὶ κατὰ ἡσυχίαν ἔλυκε ὄπωρα φύλακτος ἐκλειοπέτοτος, id est,

Igitur occasio amicitiae ac uirtus est. Sordidat autem pulvere, frigidatque lauat, at tollit supercilium, ac philosophari se praedicat, & foris sobrius est ob legem, deinde noctu clanculum; Pomum suauē est, tunc ubi custos abest. Exat in prouerbijs Hebraeorum. Aquae sartiuae dulciores sunt. Et Pindarus in Isthmij hymno sexto, τὸ δὲ πᾶς δίναν γλυκὴ πικροτέρα μὲν ἔλενται, id est, id quod praeter honestum dulce est, manet finis amarissimus.

**Sanior est pisce,** XC III

Proverbialiter haud dubie dixit Iuuenalis: Sanior es pisce. Nam ad eum modum, hodieque, iudgo loquuntur. Tam sanus est quam piscis. Id inde sumptum est, quod credidum est, pisces non sentire morbos. Quoniam huic sententiae refertur Aristoteles libro de natura animalium octauo, atque huic secutus Plinius libro nono: Siquidem aegrotare pisces hoc argumento colligunt piscatores, quod aliquoties inter eiusdem generis praepungus ac uegetos, aliquot capiunt extenuatos, ac languentibus similes, coloreque immutato. Quamquam uniuerso piscium generi non incidit pestis, quemadmodum frequenter accidit hominibus, ac ceteris animantibus, non cicaribus modo, uerumetiam frivis.

**E Cretaraptus.** XC IIII

Plutarchus in commentario, de puero rum educatione. Ἐ τοῦς καὶ θῆβαι καὶ τὸς κληῖς φοικετέρος ἔρωτας καὶ τὸρ ἐκ κητήρας καλῶς μὲν ἔρωτα γέμοι. τὸς δὲ ἀβήαι καὶ τὸς ἐρῶ λακιδῶ μωνι ἰλοτέτορ, id est, Thebanorum quidem, ac Helicisium amores oportet figere, eumque qui uocatur è Cretaraptus, Atheniensium uero & Lacedaemoniorum imitari. Apparet fortium amorem his uerbis olim

significatum fuisse, quod aliquoties illinc iargines à negociatoribus aduherentur.

**Euparyphus ex comedia.** XC V

Admodum prouerbiali figura dixit Plutarchus in Symposiacis, ἵσασθαι ἐνωσῆσθαι ἕκαστος καλῶς ἵσας, hominem significans magnifice uestitum, ac magnā seruatorum turban post se trahentem. Nam huiusmodi finguntur in comedijs milites gloriosi. Quorum insignie est chlamys purpurea, quemadmodum indicat Donatus. Ita Lucianus de Milite, τὸν ἐνωσῆσθαι ἕσφορ λέγω τὸν ἐν χλαμῶδι, id est, Euparyphum illum dico, illum chlamydatum. Vnde diuites omnino splendide cultos, εὐνωσῆσθαι appellant Graeci, quod ipsum prouerbiale quiddam habet. Nam Paryphus uestimenti genus est, cuius meminit tilius Pollux libro septimo. Id utriusque purpuram habebat assumat, quod uirge purpureae intertextae uesti, Ionom lingua Paryphi uocantur. Idem admonet ἐνωσῆσθαι noue comediae uerbum esse.

**Tranquillo quilibet gubernator est.** XC VI

Seneca in epistola quadam ad Lucilium: Alioquin gubernatoris artem adeo non impedit tempestas, ut ostendat. Tranquillo enim, ut aiunt, quilibet gubernator est. Ait autem illic fortunam aduersam, ac rerum difficultatem, non solum non obesse sapienti, uerum etiam uirtutem in his maxime proferre sese, quae rebus secundis, ac pacatis latebat. Non magnum est administrare rempublicam, cum omnia pace constant.

**Neque Lydorum carycas.** XC VII

Μῆτε λυδῶν κάρυκας, μήτε μακί γαρ ἰσθῆρας, id est, Neque Lydorum condimenta, neque flagyrorum crepitus. Suidas refert, nec exponit. Coniecere licet dici soliti, quoties medocrem uita rationem, aut conditionem significarent, quae pauciter & ad summis delitijs, & ab extremis malis abesse. Venustius erit, si ad animi res transferatur, uelut ad orationem, nec omnino rusticam nec operosius expositam. Vnde καρυκαίους dicuntur, non solum qui uarijs condimentis insiciant cibos, uerumetiam, qui sermonem multiplici uerborū & figurarum lenocinio condunt. Quoniam huius & alibi nobis ni fallor facta mentio.

**Tanquam de narthecio.** XC VIII

Prouerbijs simillimum est & illud Ciceronis in secundo, de simibus bonorum libro: tanquam de narthecio, pro eo quod est, ex parato, & ad manum. Nam narthecium, opinor, uocat pyxidem, unde pharmacopole deponunt medicamenta. Verba Ciceronis sic habent: Iam doloris medicamenta illa Epicurae, tanquam de narthecio promant: Si grauis breuis: si longus, leuis.

**Quod non opus est, asse charum est.** XC IX

Cotoniaria uelut oracula uidentur apud ueteres in prouerbijs abijsse, non secus atque illa Apollinis: Nofce te ipsum, &: Ne quid nimis. Quorum de numero como dissime dictū est quod in epistola quadam ad Lucilium refert Seneca: Quod non opus est, asse charum est. Vult autem Cato diligentem patrefamilias uendacem esse, non emacem: & emere non quod opus est, sed quod necesse est. Nam quod non opus est, inquit, asse charum est, hoc est, quantumuis paruo emptum, tamen charum est, si nec opus est eo. Vocat necesse, quod carere non possis, uelut arator aratro: opus, quod usū futurum sit, si quis habeat, sed eiusmodi tamē, ut carere possis. Porro quod opus non est, id est prorsus superuacuum & inutile. Potest ad complures accommodari sententiae: ut si quis dicat artem quāpiam minime

negocio posse dici, que tamen nihil fit frugis allutura, respōderi possit: Quod opus non est, asse charum est.

Nunc tunc ferrum in igni est.

Eius ferrum in igni esse dicebant, cuius negotiū iam agebatur. Præmolitur enim ferrum igni ad cūdendū. Ita Seneca in ludico libello, quō scripsit de morte Claudij imperatoris. Hercules enim qui uideret ferrum suam in igni esse, modo huc, modo illic carabat, et dicebat: Noli mihi inuidere, mea res agitur: deinde siquid uolueris inuicem faciam: manus manum lauat. Allusit cō, quod Hercules quoq; ex homine factus esset deus, id quod ambiebat Claudius.

#### CHILIIADIS QVARTAE CEN- TVRIA QVINTA.

Ne bos quidem percat.



Am ante prouerbijs aliquot nobis declaratum est, quā uī utilitatis adferat bonus uicinus, quantum incommodū malus, sed que conducit ad uite felicitatem, iterum atq; iterum expedit incidere, quo penitus insignantur animis. Neq; enim ea res tā tam habet locum in parandis ædibus aut fundo, sed in omni penē uita, ut quod Portius Cato prodidit de commodo uicino habēdo non solum ad agricolas pertineat, uerum etiam ad uiuē quēq; nostrum. Etenim si quis iam prouelit etate uite totius cursum relegat, comperiet maximam honorum malorūq; partem à bonis malisq; uicinis fuisse profectam. Hestodi carmen columella tanquam prouerbiale refert.

Οὐδ' ἄρ' ἔστι ἀπολόγιστ' ἐμὰ γείτων κακὸς εἶν. id est, Nec bos intreat, uicinus si improbus absit.

At leuis est bonis iactura, si cum his malis conseratur, que capiuntur ex improbis conuictioribus, ex falsis amicis, ex uxoribus et famulis parum fidelibus. At Catonis quidem sententiam nonnulli reiiciendam esse dixerunt, quod in nobis situm non est, qualem habeamus uicinum, quem non uisquam mors aliēq; diuersæ causæ nobiscum mutant. Id tamen si negari nō potest, sapienter tamen à Catone præceptum est, ut agricola quantum in ipso est, curet habere bonum uicinum, nec bonum tantum, sed et commodum. Bonus enim esse potest, qui tibi comodus non sit. Id ut contingat, due res potissimum adiuuabunt, diligentia in parando agro, et comodi mores erga uicinum. Frequenter enim habemus malum uicini, quod ipsi non prebeamus malos uicinos. Quædammodum igitur, ut eleganter scribit Columella, sapientis est fortuitos casus magno animo sustinere, ita dementis est ipsum sibi malum facere fortunam. Quod facit, qui nequam uicinum suis manibus parat, cum à primis cubabulis, si modo liberis parentibus est ortundus, audisse potuerit:

Οὐδ' ἄρ' ἔστι ἀπολόγιστ' ἐμὰ γείτων κακὸς εἶν.

Quod non solum de boue dicitur, sed de omnibus partibus rei nostre simularis, adeo quidem ut multi præterierint carere penatibus, et propter iniuriam uicinorum sedibus suis profugerint. Nisi aliter existimamus diuersum orbem, uniuersas gentes petijse relicto patrio solo. Acheos dico et Hiberos, Albanos quoq; nec minus Siculos, et ut primordia nostra cōtingam, Pelagos, Aborigines, Arcades, quā quia malos uicinos ferre non potuerint. Ac ne tantum de publicis calamitatibus loquar, priuatos quoq; memoria tradidit, et regio-nibus Græciæ et in hac ipsa Hesperia detestabiles fuisse uicinos, nisi Autolyces ille potuit euaquā tolerabilis esse cōterminus, aut Auentini montis incolæ, Palatini ullum gaudium

finitimis suis Cacus attulit. Malo enim præteritorum quam presentium meminisse, nec uicinum meum nominem, qui nec arborem prolixiorē stare nostræ regionis, nec inuolucrum feminarium, nec pedamentum amicum uicine, nec etiam pedecules negligentius pasci sinit. Iure igitur quantum mea sit opinio M. Portius talem pestem uitæ censuit, et in primis futurum agricolam præmonuit, ne sua sponte ad eam perueniret. Hactenus quidem Columella declamatoria quadam eloquentia, simul et Catoni patrocinatoris est, et nos docuit, quanta pestis sit malus uicinus. Tamen si Cato non solum de uicini moribus sentit, uerum etiam quam lauta sit re. Vicini, inquit, quo pacto intreat id animaduertito. In bona regione bene uitere oportebit. Interdum enim uitor arguit agri bonitatem, in solo uero parum fertili declarat industriam agricolæ. Porro quæ admodum diligens uicinus extimulat ad studium bene colendi, ita uicinatorum locus et ignauia, corrupticiui ni familiaris. Idem et præpotens uicinus opprimet propinquum pauperem, et supra modū tenuis uicini semper aliquid abradunt, siue precibus, siue factu. Iam cum morosis et improbis uicinis nunquam rixa non est, nunc de finibus, nunc de damno dato, nunc de sillicidio, nunc de senectus actiue, nunc de propectu aut lumine. Quod si fortuna nobis dederit talem uicinum, nec liceat mutare, reliquum est, ut nostra commoditate reddamus illum ex malo bonum, certe cauemus ne læsetur tui fiat incommodior. Turpissimum enim fuerit si nostris moribus ex commodo uicino faciamus incommodum. Videlicet hoc est quod præcipit Cato: Vicini bonus esto. Et ne satis esse putares si ipse temperes ad iniuria uicini, adiungit, familiaris ne si ueris peccare. Mox indicat, quid utilitatis capiatu ex bonis uicinis, sit te, inquit, libenter uicinitas uidebit, facilius tua uendes, operas facilius locabis, operarius facilius conduces. Si edificabis, operis, iumentis, materia iuuaunt. Si quid bona salute usus uenerit, benigne defendent. Olim igitur qui fundum proseribebant uenalem, præconem edocent, quibus dotibus esset ager commendabilis, quā salubri cōlo, quā comodo situ, quā fertili solo, quā bene edificatis uillis. Sed uis acerrimi ingenij Themistocles, quem fundum uenderet, iussit huiusmodi dotibus et illud adiici, quod habere ret bonum uicinum. Id factum primū in risu iocōq; multitudinis exceptum est, mox intellectum est hanc agri commendationem esse præcipiam. Plurimum itaq; refert ad totius uitæ commoditatem, qualem quosq; uicinum sibi deligat, tum quo pacto, qui cōtingit utatur. Princeps qui ditionem ambit, quam sine maximo negotio, summoq; ditionis auitæ dispendio tueri non possit, malum uicinum sibi adiungit. Rursum qui cordatos ac fidos consiliarios, qui magistratus integros et reipub. amantes ascescit, bonos uicinos adiungit. Neq; minimam interest quas nationes in affinitate adglutinet. Qui dotis aut honoris gratia sponsam ascescit in commodis moribus, aut cui sint cognati proceres, malos uicinos sibi adiungit. Qui cum improbis inicit amicitie foedus, malum uicinum accersit. Quā ductus amore censum coniugit sese in collegium aut manserium impiorum aut etiam superstitionum, malum uicinum sibi parat. Prima igitur cautio sit in deligēdo, proxima in corrigēdo, postrema in fugiēdo quod corrigi non potest. Quanquam ne fuga quidem debet carere cautione. Alioquin in uicium ducti culpe fuga, si caret arte; neque raro fit, ut odio mali præcipitorem non in aliud grauissimum malum. Raro premituit amicitia, qui iudicio delegit amicum. Et sepe nostra culpa fit, ut rescindatur amicitia, quod amicis bonis utamur non bene, tum quod parum commodos amicos nec



ferre noninus nec emendare. Neq; uero leuius peccant, qui  
 ferre incidunt in amicos pestilentes, nec sicut sese subducere,  
 sed aut herent his quos oderunt clanculum, aut non dissiunt  
 amicitiam, sed abrumpt. Idem accidit mei similibus in deli-  
 gendis ac retinendis studiorum nostrorum patronis et alio-  
 ribus. Negligimus oblatos, aut aplectimur nobis parū aptos,  
 aut si quis obrigit accommodos, non studemus illius erga nos  
 beneuolentiam mutuis officijs alere. In prima certe parte gra-  
 uissime peccati adolescentis. Etenim si tum respōdissen fauori-  
 bus magnatum qui me ceperant amplecti, futurus erā aliquid  
 in literis, sed immodicus libertatis amor esse cit, ut diu cū per-  
 fidis amicis, et pernicaci paupertate colluctar. Nec erat finis  
 futurus, nisi G VILHELMVS ille VVARAMVS  
 Archiepiscopus Cantuariensis, uir nō tam ob tituli numerus uir-  
 tutes erudendus, me ueluti fugiantem in amicitia suae nassant  
 p̄lexisset. Gustata duntaxat illius humanitate contuli me in  
 Italian. Ibi cessantem neq; quicquam minus quā de repeten-  
 da Britannia cogitantem, ulro reuocat delato sacerdotio.  
 Hoc quoq; neglectum est. Ceterum ubi me uentus alius retu-  
 lisset in Angliam, sic asirixit non tam benignitate, quāquam  
 ea quoq; fuit et est in illo singularis, quam morum amabili-  
 tatem incumdiante, miratq; in amando constantia, id quod in  
 uiris primatibus sanē rarissimum est, ut nolens illi preberē ma-  
 nus. Hæc erat ea qua me pertraxit in suum ius. Ita meo no-  
 captus sum, hoc uno nomine felix quod hic Mœcenas obti-  
 git, sed longe felicissimus futurus si maturius contigisset. An  
 illum huius alumni poenitet a nescio, certe mutuis in illū offi-  
 cijs meo animo nondum ipse satisfecit, nec uideo unquam sa-  
 tisfacturus. Proinde mihi rogandi sunt omnes qui bonarum li-  
 terarum, qui religionis amore dicuntur, ut si quid fructus nō  
 poenitendi ceperunt ex meis lucubratiōibus, huic sanctissimo  
 presuli pro me gratias agant, atq; adeo si possint referant.  
 Referent autem, si nō patientur illius memoriam apud poste-  
 ros intermori, cuius benignitati debet, quicquid ex libri meis  
 hauserunt, si quid omnino frugiferum hauserunt. Obstrepuunt  
 undiq; querimonie, deplorantium sibi ad studiorum cultum  
 deesse Mœcenas. Atqui Mœcenas, non statim am-  
 plexus est Vergiliū aut Horatiū, nec Mevio Bauidio fuit  
 Mœcenas. Illud primum agat adolescent ut egregius aliquid  
 specimen eui pignus de se prebebat, nō periturū quod in ipsū  
 confratur. Nec satis esse putet, quāuis cumq; rationibus abstu-  
 lisse munus uel prædam uerius. Non est improbitate petendi  
 ambienda benignitas, sed literis ac moribus semper in melius  
 proficientibus. Sic inuitit fundus agricolam ad ubertorem se-  
 mentem, si quod creditū erat, bona fide multoq; cum senore  
 reddat. Nec esse subinde mutandus patronus, ut relicto quem  
 defatigasti queras integrum, et uera queru excussa, sub alia  
 colligas. Sic uni aut duobus seruandū est, quā si perpetuo  
 ipsūm isitorus. Nunc quā multos uidemus qui suis moribus  
 et literas odio, et patronos pudore inuidiaq; onerant. Est  
 quidem nonnulla gratitudinis pars literis dictisq; celebrare  
 nomē patroni, sed magni refert quo quem modo laudes. Vana  
 Laudatio fidē abrogat etiā uera prædicantibus, itaq; fit, nō ut  
 lector melius sentiat de laudato, sed prius de laudante. Immodi-  
 ca laudes cōciliant inuidiā potius quā gloriā. Iam qui laudibus  
 uehmit ea que bonorū, ac sapiētum iudicio dāantur, lauden-  
 do uisuperat. Primum quod adfers ad Encomiū fit uerū, deinde  
 quod uerum est sic tractetur ut fiat etiam uersum. Absint  
 autem poetarum quorundam hyperbolæ, quibus ex homine  
 quam libet, decem faciunt, hæc uirtutes potissimū depingunt,

que fauorem ac beneuolentiam conciliant, quod gemis sunt  
 pietas, integritas, pudicitia, modestia, benignitas, morū can-  
 dor ac facilitas. Nihil est humano ingenio inuidētius, nihil  
 hominum iudicij morosius. Proinde si quid attingēdum erit  
 earum rerum quas ualguis sic miratur ut inuideat possidentia-  
 bus, id arte tractandū est, ne suspensio sit metiendā lauda-  
 to. Nullus inuideat opulento, quod quod uel ex benignitate fortu-  
 ne, uel sine fraude partum possidet, sic habet, ut dispensator  
 sit potius quā dominus. Neq; quisquā inuideat potenti, qui  
 potens esse resp. cōmodis, qui quāuis eminet dignitate, tantū  
 se submittit modestia, comitate uiuens etiam humiles. Nullus  
 inuideat formoso, qui natura dono pudorem ac pudicitiam ad-  
 iunxit. Nullus inuideat ualenti aut longæuo, qui magno pluri-  
 morum bono ualeat ac uiuat. Quod si qui deest ingenū aut ars  
 ad hæc pro dignitate tractanda, abstineat potius, quā ueluti  
 mali pictor bonam formam imperitia sua reddat deterio-  
 rem. Alexander ille fortasse morosus, qui nullius manu pingi  
 sustinebat nisi Apellis. Nemo tam egregio corpore, et Filio  
 Rutubaq; pingi cupiat. Quod amittit in lucem publicam tle-  
 sit, ut posteritas in memoriam polliceatur. Deniq; sic est tem-  
 perantia laudatio, ut hoc officium nō appareat esse tributum  
 eius animo quem laudas, nulli enim minus expetunt aut susti-  
 nent etiam laudari, quam qui maxime promerētur, sed ipsi po-  
 tius uirtuti, quam nolentem etiam sequitur sua gloria, sed alijs  
 ad similia studia prouocandis. Sic et uiliter laudabitur qui  
 promeritius est, et citra periculum inuidiæ, aut assentationis  
 suspitione. In defunctorum autem laudes ueribus effundēda  
 est uis eloquentiæ, quā iam mitior est inuidiā, et minor adu-  
 landi suspicio. Hæcenus ostendi quomodo studio si suis patro-  
 nis commendari queant. Nūc paucis attingam quibus ratio-  
 nis et studijs ipsis fauorē omnium ualeant conciliare. Multis  
 enim in locis iam lingue bonæq; quas uocāt literæ magna si a-  
 grant inuidia, quod quidē fit partim culpa maiorū, qui putāt  
 autoritas sine detrabi si quid noue eruditionis accedat tamen  
 tuti, contētiq; his que pueri didicerūt, alia nec doceri patium-  
 tur, nec sustinēt discere, uel quia piget, uel quia pudet: partim  
 etiā eorū uitiō, qui hæc uetera noua inuehūt. Sūt enim in hoc  
 ordine quidam intolerabili insolētia, qui simul atq; tenuerint  
 duo decim uerba Latina et quinq; Græca, Demosthenes, ac  
 Cicerones sibi uidentur, effutunt ineptos libellos, nonnumquā  
 et uirulentos, liberales disciplinas omnes nūro fastu aspernātur,  
 et in harum professores scurriliter debacchantur. Nec  
 desunt qui bonis literis ad res pessimas abutuntur, ad seditionem  
 maledictiā, ad cōcūtiēdam, laxandā, et labeficiendā cōcor-  
 diam tranquillitatemq; resp. Christianæ. Atqui olim his literis  
 erant instructi, principū tumultus sua faciēda cōponebat, cū  
 heresiaribus beligerabat, celebrabat diuorū memoriā, ear-  
 mine prosaq; decantabat Christi laudes, exhoribat ad cō-  
 temptū huius mundi, ad amorē rerū celestium. Talis erat Basi-  
 lius, talis Nazianzenus, talis Ambrosius, talis Prudentius, talis  
 Lactantius, in quibus linguarū ac politioris literature et cogni-  
 tio ideo caret inuidia, quia seruāt pietati. Solēt autē et homi-  
 num mores studijs imputari, quæ admodū hodie nō pauci sunt  
 qui detestantur euāgelium, ob impuros quorundā mores euāgelij  
 nomine sese uēditantur. Quod si quædam uerba Paulus cauens  
 ab omni specie malū glorificat euāgelium suū, omnibus oīa fa-  
 ctus ut omnes lucrifaciat, in literarū huiusmodi professores,  
 integritate morū, comitate temperantiāq; lingue commendarent  
 suā professionē, Iobę plus esset fructus, et inuidiæ minus. Vt dī  
 uerso, si maiores ciuilitate et æquis animis recipiēt, nō nouas  
 aduenas sed ueteres hostes pro obliuio se recipiēt, senti-  
 rent sibi



rent sibi non mediocrē lucū neq; indigere utilitatē ex harū de-  
 ceptione accrescere. Nunc cum uteribus amicis perinde atq;  
 cō hostibus irreconciliable bellū gerunt. Noua uocant que  
 sunt uetustissima, uetera nominant, que sunt noua. In prescis  
 ecclesie doctoribus, sacrorum uoluminum cōgnito, cum lin-  
 guarum et humanioris literaturę peritia fuit coniuncta.  
 Idem uidemus in prescis philosophis medicis, ac iureconsul-  
 tis. Vbi solocassat Aristoteles aut Hippocrates? Nonne facin-  
 di sunt Plato et Galenus? In ueteribus autem iurisperitis que  
 fuerit utriusq; lingue peritia, que Romani sermonis tum pu-  
 ritas, tum maiestas, declarāt hęc ipsa fragmētis que glorio-  
 sus Iustinianus nobis pro solidis uoluminibus obtrufit, quāquā  
 hęc ipsa scateant indiq; mendis prodigiosis. Noui est pueris  
 ad grāmaticā insituentis, inculcare modos significādi, prę  
 legere delira glossemata, que nihil aliud doceant quā impio-  
 re loqui. Noui est adolescentē ad philosophiā, iuris, medicine,  
 Theologie studium recipi, qui ob inscitia sermonis nihil intel-  
 ligat in uetustis autoribus. Noui est a Theologie adytis ex-  
 cludi, nisi qui diu sudarit in Aueroē et Aristotele. Noui est  
 adolētib; philosophię candidatis, inculcari nugas sophi-  
 sticę, et cōmētias quasdā difficultates, meras ingeniorum  
 crucces. Nouum est in publicis scholis, aliud responderi secun-  
 dū uian Thomistarum et Scotistarum, nominatū et realium.  
 Nouum est illic excludi argumenta que petita sunt ex diuino-  
 rum uoluminum fontibus, sola uero recipi, que ducuntur ex  
 Aristotele, ex epistolis decretalibus, ex placitis scholasticor-  
 um, ex glossematīs iuris pontificij professorum, aut similitu-  
 dinibus plerumq; frigidis ex iure Cæsario detortis. Si nouis  
 offendimur, hęc uere noua sūt. Si uetera probamus, uetustissi-  
 ma sint que nunc offeruntur, nisi forte nouū est, quod ab Ori-  
 genis seculo proficitur, et uetus est, quod ante tręctos ana-  
 nōs eorū semper in deterius proficit. Sed his etiam iniquo-  
 res quidam non uerentur priuati ac publice, atq; adeo in sa-  
 cris etiam cōcionibus deblatere, has literas esse fontes om-  
 nium heresēon, non animaduertentes hanc blaspheuiam ca-  
 dere in Hieronymū, Ambrosium et Augustinum, aliosq; cō-  
 piores, quibus doctoribus gloriatur ecclesia. Huiusmodi stilia-  
 distans nugas inculcant auribus adolēscētium in secretis cō-  
 fessionibus. Cautē a Grecis, ne suas hereticas, fuge literas He-  
 bręas, ne suas Iudeorum simul, abijce Ciceronem, ne cū illo  
 danneris. O graues admonitiones. Nec cogitant futuram, ut  
 hęc pueri passim effutiant ridendā cordatis omnibus. Eadem  
 insulant parentum auribus, hoc agentes ut ipsis mandetur li-  
 berorum insituentorum cura. Facile imponitur mulierculis  
 et simplicibus idiotis sanctimonie fūco. Verum ouem nibilo  
 rectius lupo cōmiseris, quā talibus uentribus liberos. Quid  
 audio? Valdenses, pauperes a Lugduno, Vuycleus, linguas  
 ac bonas literas calluerunt? Deinde nam Hieronymus hereti-  
 cus fuit, quia linguas et omni literarum uenero percelluit? Si  
 quis Gallicę dixit linguę peritus, sua lingua scriberet opi-  
 niones hereticas, an protinus admereretur omnes ne quis di-  
 ceeret Gallicę? Nuper etiam principum adus percelluere cō-  
 perunt, totum hunc tumultum et Lutheri ausū, et rustica-  
 ne seditiosis ex linguis humanioribusq; literis esse natū. Ha-  
 bent adē Midas ac Tbrasones suos, summiq; principes hoc  
 magis patent talium insidijs, quo magis ingenij sunt, quoq;  
 uehementius indulgent suis affectibus. Si de heresi perclintur  
 qui Gręce et Hebręice nouit, quod Lutherus harum lingua-  
 rum rudis non est, quor non potius in tuto esse dicitur, quod  
 Ioannes episcopus Rossensis, quod Hieronymus Alexander  
 Archiepiscopus Brundisius propugnatores sunt nutantis

ecclesie, quorū hic omnibus linguis excellit, ille treis linguas  
 etate iam uergēte non ualgarū studio amplectitur. Addit et  
 alian calumniam. Forte in secretis admissorū confessioni-  
 bus adolēscētium audiunt aliqui lasciuas, qui morbus pecu-  
 liaris est illi etati. Rogant quos auctores legant, qui audiunt  
 Vergiliū aut Lucianum, studijs imputes etatis aut homi-  
 nis uitium, traducuntq; protinus et etatem et literas, quasi  
 uero non multo peiora audiant ab ijs, qui non omnino lite-  
 ras attigerunt. Etenim quemadmodum literarum studij non  
 liberat ab omnibus uitijs, ita negari non potest, quin a multis  
 arceat etatem lubricam. Nihil aliud tam sanctum, quin is qui  
 natura improbus est, uerit in occasione peccandi. Quod si  
 tollendam est quicquid quomodocumq; prebet turpitudinis  
 occasionem, quor tantopere laudator coactus iste colubatus?  
 An putant ignotum, que lerna malorum hinc nascatur? Sed  
 quis tandem erit fructus, si studiorum professoribus inuen-  
 sese lacertantibus collabantur omnes honeste discipline, quod  
 iam magna ex parte factum uidemus locis aliquot? Ad sine his  
 uita hominum, nisi illi hominum sed ferarum. Quā igitur su-  
 perest, nisi ut lingue bonęq; literę postlininio redeuntes ac  
 uelut a radice repullantent, cuniliter et cōmter sese insinuet  
 in sodalitates earum disciplinarum, que tot iam seculis re-  
 gnant in Academijs, neq; cuiusquam studium incessant, sed  
 omnia studia potius adiuuent. Deserant nonnihil autoritati  
 profissionis, deserant aliquid inolitę et uelut in naturam uer-  
 se consuetudini, deserat aliqd etati multiorum non facile  
 ad diuersa flexili. Quos uiderint insanabiles, suo relinquunt  
 ingenio, ne maiores excident tragedias. Qui tractabiliores  
 erunt, hos insecēt tempore suū ac blandis admonitionibus. Sic  
 admoceant, sic adsint, sic corrigant, ut officio pedestre  
 monet, adest, corrigat heram suam. Merito regina disciplina-  
 rum omnium est Theologia, uerum hęc erit et honestior, et  
 instructor, si tam utiles pedestres que decet comitate rece-  
 perit in suam familiaritatem. Præclarus est philosophia, sed  
 huic plurimū accedit dignitas si ueteres amicas agnouerit.  
 Honestior heri est iuris prudentia, uerum huic ornamentis non  
 parum adferēt tam elegantes famule. Gregia res medicina,  
 sed absq; linguarum et ueterum literarum cognitione penē  
 cæca est. Ad hunc modum si sua bona uicissim inter sese com-  
 munitent, utraq; fient et locupletiores et splendidiore. Mo-  
 narchas autem illud admittos uelim, ne superioribus huius-  
 modi prebeāt aures, cogitēt potius quantum fructus ac digni-  
 tatis ex hoc studiorū genere, rebus ipsorum sit accessiorum, et  
 olim accesserit. Postremo res omnium et publice et priuati  
 erunt feliciores, si suo quisq; uicino bonū uicinū præstitierit.

Caput artium, decere quod facias. 11

Quintilianus libro institutionum oratoriarum undeci-  
 mo, uidetur ueluti uulgo celebrationē adducere: Caput est ar-  
 tis, decere quod facias. Ipsius uerba subscribam: Vnum etiam  
 his adijciendum est, cum præcipue in actione spectetur deco-  
 ratio, sepe diuidi alios decere. Est enim latens quedam in hoc  
 ratio et inenarrabilis, et ut uere dicitur enim, caput esse artis  
 decere quod facias: ita nec sine arte esse, nec totum arte tra-  
 di potest. Hæclemus Fabius. Id insupare licebit, non solum ubi  
 quid fiet parum decore, ueluti si cantillet, aut lusciet senex, si  
 præeat et obiarq; tenebis, uermetiam cum neg abinus quib-  
 buslibet quibus esse decorem. Quod sepe numero uidemus  
 cunire, ut quod ab hoc dicitur aut factum placet uniuersis, si  
 idem tenet alius, etiam si doctior, peritiorq; nemo tamen fe-  
 rat. Id cum quotidie uideamus accidere, tamen cur accidat,  
 ratio reddi non potest.

Domus recta.

III

Amicus Seneca libro epistolarum familiarium decimo sexto: Videbimus quod parum recisum sit, quod parum stratum, quod non huius recentis politurae. Cum circumspecteris omnia, nullas uidebis angustias inanes. Desit sane uarietas in marmorum, & conficiosa aequarum ad cuniculis interfluentium, & pauperis cella, & quaequid aliud luxuria, non contenta decore simplici miscet, quod dicit solet, domus recta est. Haestenus Seneca. Quod si locus non uacat mendo significat uulgo domum rectam uocari, non quidem opulentam & ambitiosam, sed cui nil desit in stria supellestilis. Ad eundem modum M. Tullius Graecorum linguam ambitiose meretrici confert, quae multo heu superfluat. Latinorum honestae ac pudicae matrone, cui nihil desit, quod ad honestam pertinetate mundiciem.

Non esse beatus, esse qui se nesciat. IIII

Idem in eodem opere uersificum hanc e poeta quopiam allegat Comico: Non est beatus, esse qui se nesciat, haud dubie quin populari sermone iactatum, cum autoris nomen non adscripserit. Sensus est, haud esse satis, ut ad sit felicitas, nisi felicitatem tuam intellexeris. Huc alludens Vergilius:

Fortunatos nimium, bona si sua norint Agricolas. Eodem pertinet, quod Martialibus inter felicitatis calciculos huc quoque commemorat: Quod sis, esse uelis.

Quid enim felicitas libertate? At qui non uideat paucos, qui sortem deplorat suam, quod in principum aulis locum non inueniant: miseros se putant, quod seruire non liceat. Verum ut beatus non est, qui se non putat beatum, ita bis miser est, qui cum animi malis sit infelix, tamen sibi uidetur felix. Etenim ut qui sanus est, & sibi uidetur aegrotus, non fruitur suo bono: ita qui morbo tenetur, non intelligens suum malum, longissime abest a sanitate, quippe qui usque adeo sanus non sit, ut sit etiam insanabilis.

Amicus certus in re incerta cernitur.

V

M. Tullius in Latio, senarium hanc ex Ennio citat pro uerbis specie:

Amicus certus, in re incerta cernitur. Quo significatum est amici fidem in rebus aduersis explorari. Nam quod cum periculo coniunctum sit, id dubium appellatur, pro quo Ennius posuit incertum, afficiens ενουτω σιρη & προσονομασται, quibus schematis impendio delectatus est, atque adeo non ipse solum, sed & omnis illa etas usque ad M. Tullium.

Auarus nisi cum moritur, nil recte facit.

VI

Omnes ferme Publianas sententias uideo prouerbiorum uice fuisse celebratas, nec inuaria sane. Nihil enim illis fingi potest nec argutus, nec iucundius. Cuius Mimos ipsi nuper emendatos non grauari sumus breuissimis scholijs explicare. Quamobrem non est animus eos omnes in hunc ordinem assequere, praeter unum aut alterum, qui mihi praeter ceteros arident, quorum hic unicus est: Auarus nisi cum moritur, nil recte facit. Etenim qui sese pecuniae studio addidit, nulli commodus est dum uiuit. Sola mors, uoluptatem & emolumentum adfert haerediti.

Bona nemini hora est.

VII

Arrisit & hic: Bona nemini hora est, quin aliquid sit mala. Ita fortuna temperat res mortalium, ut quod hinc letum est, alij pariat dolorem: quod alij lucro est, alij damnum adferat. Nemo ditescit, nisi malo alterius. Nemo uiuic in bello,

nisi exitio alterius. Nisi maius pro alicui legere, alicubi.

Spontanea molestia.

VIII

Celebratur inter Graecos, cum primis bellis & elegans trimeter:

Αὐθιγέστερ' ἂν ἴπ' ἔσειν ἢ τέρνονσ' ὀροπό. id est,

Utroneus dolor est parare liberos.

Dici non potest, quantum & quam molestiam negocium sit, educare filios, praesertim cum adeo pauci sint, qui parentum officio respondeant. Verum hanc molestiam, non est cui possint imputare, cum liceat ex libere uiuere. Lógus trahi potest, ad eos, qui sibi sponte periculum ac molestiam accersunt. Atque adeo similis propemodum conditio est, tollentium liberos & scribitium liberos. Tendum, emendandum, quod scripseris, & tamen non est quem incusamus, cum nobis liberum sit dormire.

Sapiens sua bona secum fert.

IX

Ὁ σοφός ἐν αὐτῷ πρὶς ἑσέα τῶν οὐσίῃσιν, id est, Sapiens opes sibi secum habet semper suas. A Biantis, nil fallor, apophthegmate natu, & rogatus, cur nihil exportaret reru iuramentum ex incendio patriae: Ego uero, inquit, omnia mea bona mecum porto, significas ea quae uere nostra sunt, itra nos esse, uelut eruditionem ac uirtutem. Ut rursus qui uere mala sunt nostra, non licet effugere, quantumlibet commutetur locus.

Citius Telegorae donarim.

X

Telegoras apud Naacios praedans quippiam ac prope tentens erat, cui quod cotidie multa misistur & uulgato sermone receptum est, ut uenditores paruo licitantibus dicerent, μάλλον προδολομὶ τῶν τελεγορέων ἴδ' ἔσται, id est: Malum Telegorae dare. Refertur apud Athenaeum libro Dipnosophistarum octauo ex Aristotele. Rem longius profectui sumus in prouerbio, Nullus malus magnus piscis. Nec uideo quis usus adagionis esse possit, nisi si dicamus officium relictum gratuito collocari penes probos ac magnos, quam mercede penes improbos ac uiles.

Hecatae coena.

XI

Veteres coenam perparcam & impendio frugalem Hecatae coenam appellabat, quod apud inferos tenuissimum uictu, minimumq; cibo, eoq; uilissimo uiuatur, iuxta poetarum theologiam. Siquidem umbrae plebs malua porroq; uicitant. Hecate Menides ac Triglidas pisces, apud nos contemptissimos, habet in delictis, ut sibi sacros. Vnde & Athenis locum esse dictum Triglam, atq; imbi simulachrum Hecates Triglantinae. Alij Triglam illi sacrum putant ob nominis rationem a trinitone dicti, cum triformis sit & Hecate. Extat apud Athenaeum libro septimo. Meminit & Lucianus alcaubi. Verum illud expedit eruditus lector, an prouerbum accipi possit de corna illa, quam singulis mensibus in truiijs Hecate collocabant diuites, diripiebant pauperes. Citius rei meminit etiam Aristophanes in Pluto:

Ποῦν ἢ ἐξ ἐκάστου ἕξει τ' ἴσο τὸ πῶς ἔδωκε, εἴτε τὸ πλεῖστον, εἴτε τὸ πενὴν βέλτερον, φασὶ γὰρ αὐτῆς τοῖς μὴ ἔχουσι καὶ πλεῖστον τῶν δ' ἔσπου μοι κατὰ μῆνα προσάγειν, τοῖς δὲ πένεσι τῶν ἀνδρῶν ποτ' ἀρπάξαι, πρὶν καταδῆναι. id est,

Hoc ex Hecata si uis didicisse licetbit.

Utrum potius, diem esse, an egeum, quandoquidem iubet illa Hos quibus est res quoque benigna mense uno ponere coenam, Ceterum egenos hanc praedari, prius ac deponere possit.

Quo quidem loco in hanc sententiam scribit inscriptus. Olim in truiijs tenerabantur Hecaten, quod eadem tribus nominibus appelletur, Luna, Arctemis & Hecate. Ceterum sub nouilunium

nocturnum diuites mittebant cenam uespere, ueluti cenam Hecate in triuijs. Pauperes autem esurientes diripiabant, ac deuorabant que erant appositae, dicentes quod Hecate comedisset. Itaq; congruit, ubi res per tumultum diripitur.

**Bene loculus, bene crinio.** XII

Athenus in Dipnosophistis libro decimo, refert ex Theo pompi Nemea uersus hoc:

Η ΠΟΣΕ ΚΥΛΙΚΑ ΜΟΡΩ ΛΑΘΩΡ ΔΥΣΕ ΠΥΚΝΑ  
ΕΛΚΕ, ΚΑΤΩΤΑ ΛΕ, ΚΑΤΑ ΤΕ ΠΛΩ ΠΡΟΜΙΛΙΩ  
ΑΤΙ ΠΟΤ ΕΥ Μ ΔΑΣΚΟΣ, Η ΔΕ ΔΥΛΑΘΩ,  
ΑΥΔΡΟΠΟΣ ΕΣΤΙ.

id est, Calicem poposcit, moxq; ut accepit, frequens Haerit, trahitq;, quodq; habet pro uerbum, Semper crimena recte habens, ac scrinium Recte usq; habens, hoc est hominem esse scilicet. Opinor idem esse cui eo quod alibi retulimus χράματα ἀνής, id est, Pecunia uir. Tanti habetur quisq;, quantum habet. Nisi forsitan hic ἀσκόσ ac δύλακω poculi species sunt: aut ἀσκόρ uitrem dixit, uentrem capientem potum: T hylacum, qui cibum recipit.

**Thymbra uisitans.** XIII

Θυμβεροφόροι, id est, Thymbra uisitantes adagio dicebantur, uel qui tutius ac liberius uitam agerent, uel qui moribus essent parum blandis, uel qui hilariter uisq; sollicitudinem paruo contenti uiuerent, quod Thymbra a herbe gemus sit, quam Plinius non distinguit à Satueria, Columella distinguit:

Et Satueria, inquit, Thymbriferens, Thymbréasq; sapore. Est autem saporis subamari, in agris passim prouenit, et prolatius praestantior est hortenfil, ut autor est Dioscorides, locis gaudens petricosis. Pro uerbum recensit Suidas, et Hesy chius. Fertur Epaminondas mire frugalem uitam egisse, itaq; de praudio parco tenuiq; dixisse, το τοῖστον ἀγροσόν, ἢ χωρῆς πρὸς ὄσισον, id est, T ale prauidi non recipit praeditionem, Sensus autem dicti gemus est, uel quia nemo molitur insidias rebus modicis, uel quia qui modicis contenti sunt non facile corruptuntur, ut prodant re publicam.

**Doryphorematis rumpi.** XIII

Graeci δ'ορυφόμενα, uocant satellitum illud ex barbarorum fece conuictum, quod olim tyrani ad custodiam corporis adhibebant, nunc a regibus magis salsus quam tutela gratia alitur: nec a regibus modo, uerum etiam à summis pontificibus. In tragodijs igitur sic addebat regum personis δ'ορυφόμενα, ut astarent modo, nihil etiam loquerentur. Unde qui ta citi assident, δ'ορυφόμενα τ' ἔδοπον ἀεθλε dicuntur. Sic Athenus libro quinto, πρὸς ἐμβόλιον λέγει λόγον περὶ αἰσθητάσ, λέγει γὰρ ὅτι τὸ πρὶν μὴ πρὶνον δ'ορυφόμενατος ἔδοπον, id est, Cum iniiceret sermonem quendam Pisisiratus: Neq; enim oportet hunc adesse more Doryphorematis, hoc est, tacitum et nihil adferentem in medium. Vt sapator à Luciano in libello de conscribenda historia his quidem uerbis: οὐ γὰρ ὄλων, ἔδε μὴ μόνον ἔφορον εἶναι ἐν οὐτω πῶσ λυφάνωσ, μὴ δ' ὡσπερ κομισθὶ δ'ορυφόμενα κεχινώσ σιωπῇ πρὶν φοίμω, id est, Igitur amice, ne solus essem nutius in tempore tam uocali, neq; ueluti comicum Doryphorema hians cum silentio obambularem.

**Musica docet amor.** XV

Plutarchus adducit et hoc adagium trochaico uersu expressum.

Μουσικὴν ἐξέσθ' ἰδ' ἄσκα κἀπὸ λῶσ' ἄμμοσος ἢ τὸ πρῶτον, id est, Musica docet amor, et si fuerit in oculus prius.

Sensus est, amorem ad industriam excitare animum, et tuncq; et omnis elegantiae magistrum optimi esse. Socrates in conuuiuo Platonis, putat animam immersam corpori, uelut expergisci a moris stimulis, et hinc primos ad honesta impetus capere, tanquam excussio ueterno. Vnde deum hinc idem Plato τῶν ὄτων ἐπιχρηστικῶν appellat, quod nihil non experitur. Siquidem est taciturno reddit loquaculum, et uerecundo suspicidus, comen ac blandum, et negligente, diligenter. Extat in hac sententia non illepidia fabella Boccatij, ni fallor, de Cinone, qui tactus amore puella, non posset ut iusticijs fastidiu, omni literari ac mori uoluntate se expoliuit. Nam musicien hinc sentit literas, quas antiquitas nouem Musis dicebat. Potest et ad uerecundiorum usum detorquetur pro uerbum, si dicas non mediocrem esse gradum ad discendum, amasse et acceptorem.

**Sicyon arrodens uxor laceratam texe.** XVI

Athenus libro Dipnosophistarum tertio, heroiu hinc ut pro uerbi aduicit,

Τὸν σικυὸν ἐσφύρα γυναικῶν χρεῖται ὑφρανε, id est, Arrodens Sicyon uxor subtexe lacernam,

Apparet est uerba mariti iudentis, ut uxor tenui contentis uicium, perageret opus suum. Nam Sicyon seu Sicyos bulbi genus est, aut certe peponis: nonnulli putant cucumeris. Vox ea prope modum quadat in huius temporis principes, qui strenue profundunt, quod populus esuriens, summis laboribus parauerit. Idq; sumus ius esse putant, ut ceu fuci quidam alienis fruatur sudoribus.

**Tetigit lapidem à cane morsum.** XVII

Plinius libro uigesimo nono, capite quinto, de uenero rabidi canis genus: Tanta inquit, uis mali est, ut uirna quoque calcata rabiosi canis nocet, maxime huius habentibus. Remedium est sinum caballinum, aspersum aceto, et calcificium in uino appositum. Minus hoc moritur, qui cogit lapidem à cane morsum, usq; in pro uerbum discor dia uenisse. Haec non Plinius. Cuius et uerbis conijcere licet, uulgo creditum fuisse, si quis lapidem à cane morsum contigit, aut calcasset, eum traciundiorum euadere, et ad disidia propensum. Fortassis ita dicebant in hominem consuetiorum ac rixosum: Hic lapidem calcuit à cane morsum.

**Erecti.** XVIII

Athenus in Dipnosophistis libro quarto: Καὶ τὸ δοκεῖ μοῖστον, ὅτι πρὸς ἐμῶν ἡ καρπὸς αὐτῶν ἐστὶν ἐπιμῆδης, ὥστε τὶ τῶν ἐργαζομένων διακόμμεθα, πῶντες δὲ ἐν ἐκφορῶν, ἐσθὸι τὸ δὴ λεγόμενον, ἐπιτάμνοι. id est, Et quod dictu mirum, cum depressi essemus, et capite grauito temulentia, quoties spectassemus aliquid eorum quae inferebantur, omnes expergiscbamur, recti, quod dici solet, surgentes. Commodum erit, ubi significabimus aliquem toto pectore attentum ad rem quampiam. Erigunt enim festos, et summis nonnunquam insunt pedibus, qui auscultant aut spectant audiuis.

**E clibano boues.** XIX

Pro uerbiu sapit, qd scripsit Aristophanes ἐν ἀχαρῶν σκί, Εἰ τ' ἐγὲν ἔσθ' ἄσκα κἀπὸ λῶσ' ἄμμοσος ἢ τὸ πρῶτον. Εκ κρεβάτων ἔσθ'ε, id est, Accepit inde, et apposuit totos boues E clibano.

Vfus erit, quoties estremus splendorem coniuuij, aut insignie edacitatem. Consimili figura uocabant Hecatomben, id quod aliquanto post sequitur apud eundem poetam: καὶ ὡσπερ δ' ὄσθ' ἐκ κρεβάτων, id est, Et polygorum hecatomben.

Sequitur

Sequitur perca sepia. xx

Athenens lib. vii. nullo autore refert huiusmodi prover-  
bium: ἐπεὶ τὸ πέρκιον μελανόχρωον, id est, Comitè ducit sepia  
percam, lib. x. ex Aristophane adducit, nec addit in què sen-  
sum solet usurpari, nisi quod conicio dictum de improborù  
societate. Apud eundem paulo inferius adducuntur hi uersus  
Nimemij, qui de piscibus prodiderit:

Φυκιδίαις ἀλφιδίαις τε καὶ ᾧ ῥοῖσσιμ ἑρῶδῶρ  
Σκοπῆτι, ἢ πέρκιαισι καθῆκνυται μελανόχρωον.

Feri puer. xxi

Athenens libro DipnoSophistarum decimoquinto, de-  
monstrat olim proverbio solitum acclamari ἢ παῶρ, quò  
significabant quèpian suo munere defunctum. Itidè fermè,  
quem admodum nos absolute uirtuti gratulantes dicere sole-  
mus: Maeste animo, maeste uirtute. Narrat enim, cù quispian  
de conuio discessisset probe potus, ac magnopere sollempni-  
ter, ceteros in eum acclamasse ἢ παῶρ. Huius adagij  
feri mentionem apud Clearchum in proverbijs, quod ab hu-  
iusmodi natum euentu tradit: cum Latona Apollinem ac Dia-  
nam ex Chalceide Delphos deportaret, iamq; ad Pythionis  
specum uenisset, et draco concitus in eos prouolaret, Lato-  
na puellam ubi baiulans, Apollinis præsidium implorans,  
clamabat, ἢ παῶρ, cù is forte fortuna arcù teneret, ac per-  
e inde ualere, ἢ παῶρ, quasi dicas, ἔγωγε παῶρ, id est, mite ac  
percutè fili. Nonnullos deflexis nonnihil uocibus efferre, ἢ  
παῶρ, idq; proverbio dici solent, quoties in rebus afflictis  
opem imploramus. Rursus alij putant acclamari hoc pacto,  
feliciter suo per sancto munere, et eo quod expebat potito:  
Ceterum ob assuetudinem non uideri proverbium, quod his  
uocibus solènter uterentur in sacris Apollinis:

ἢ παῶρ, ἢ παῶρ, ἢ παῶρ.  
Vnde et ἰαμβικῶν ἑπιγραφοῦν ortum existimant, quod et  
ipsum impetum ac celeritatem habet. Quòdius in arte aman-  
di uidetur usurpasse pro acclamatione, qua gratulantur uia-  
tori uotiq; compositi.

Dicite io Pæan, et io bis dicite Pæan,

Decidit in casses præda petita meos.

Pulchre fallit uulpem. xxii

Παλεῖα καλῶς τῶν ἀλώπεκος id est, Decipit pul-  
chre uulpem. Suidas recenset duntaxat, nec explicat. Appa-  
ret dictum in eum, qui dolis captare astuti, cuiq; frustra ten-  
duntur insidie. Nam παλεῖα est arte illectare. Vnde et  
columbe excolatæ, quas aucupes in reti ponunt, quo subsul-  
tantes, reliquis deceptas alliciant, παλεῖται dicuntur.  
Et qui frus tendunt casses, παλεῖται uocantur. At uulpem  
dolo circumuenire difficile est.

Aut piscem olet, aut florem. xxiii

Aut piscem olet, aut tinnallum. Ambrosius Hexaëmeron  
libro quinto, capite secundo, testator dictum in eum qui bene  
oleret, quod tinnallus piscis sit odore gratissimus, et æque  
fragrans eiuſdem nominis flos. Sed præiititit Ambrosij uer-  
ba subscribere: Neq; te in honoratum nostræ profecutione ti-  
malle dimittam, eia à flore nomen inoleuit, seu Ticini unda te  
flumini, seu anaxi Ateſis unda nutritit, flos es. Deniq; ser-  
mo testator, quod de eo, qui gratum redolet suauitatem, di-  
ctum facite sit, aut piscem olet, aut florem: ita idem pronun-  
ciatus est, piscis odor esse, qui floris. Quid specie tua gra-  
tius? quid suauitate incandius? quid odore fragrantius? Quod  
mella fragrant, hoc tu corpore tuo spiras. Verum haud scio  
an pro tinnallo apud Ambrosium legi debeat tithymallus,  
cuius uaria genera recenset Plinius lib. xxvi. cap. viij. cuiusq;

subinde meminit Dioscorides locis diuersis.

Equi dentes inspiciere donati. xxiiii

Sunt quedam et hodie uulgo iactata, non indigna que  
ueteribus adagij annumerentur, quod genus est illud, non  
oportere equi dentes inspiciere donati. Cum significamus  
equi boniq; consulendum, qualecumque est quod non emittit,  
sed gratis donatur. Siquidem equum emptarius dentes inspi-  
cit, in quibus ætatis indicia certissima sunt, nec circumueni-  
atur. At incuitè sit idem facere in equo donatio. Vfus est ta-  
men hoc proverbio diuus Hieronymus in præfatione com-  
mentariorum, quos scripsit in epistolam Pauli ad Ephesios:  
Parum, inquit, eloquens sum. Quid ad te? Disertiorum lege.  
Non digne Græca in Latinum tranſſero, aut Græcos lege,  
si eius lingue habes scientiam, aut si tantum Latines es, noli  
de gratia uinere iudicare, et ut uulgare proverbium est,  
equi dentes inspiciere donati. Hæc diuus Hieronymus. Sed  
hæc hominum incuitatem, quæ incuita Hieronymus nos  
nuper et exopti, et admittit sumus. Dedimus nonum testa-  
mentum, in uocibus leos uel conuadimus, uel explicamus:  
idq; non asinus adis niglij, in credibile dictum, ut abſoluit  
uim, ut reuoluitur theologi qui cum de monachorum acti-  
gæ, quibus et non labor plurimum adiuuanti adferret.  
Ceterum ut quij que maxime egebat hæc nos mandaret, in  
actiſſime uolunt abis, in quibus hominibus, quibus  
si quid uulgatum prædolum aliquando latuit, unde di-  
ſſenti ac uoluntatis diſſiduum, tantum non adertat promittit:  
et qui nunquam utilitatem grati donati, tot sudoribus constan-  
tem etiam conuicti inſeruntur.

Grata breuitas. xxv

Χόρη βοουτέρου ὄπιδ ἔ, id est, Adumta est parus gra-  
tia rebus. Hemistichium est carminis heroici, specie nimirum  
proverbiali. Nam idem hoc dieq; sic uulgatum est, ut nihil tri-  
tius. Quedam mole placent, ac magnitudine. Sunt que ob id  
ipsum grata sunt, quod minuta, ueluti gemme quedam, ac scilicet  
piore. Idem usu uenit in epistolis, ac libris, qui non raro ipsa  
breuitate redduntur commendatioris, præsertim apud fasti-  
diosos et occupatos. Sunt in delictijs et pumiliones, non ob  
aliud, quam in signem corporis paruitatem.

Amicitias immortales esse oportet. xxvi

T. Lilius lib. x. de bello Macedonico et Asiatico, citius  
fragmentu debemus aures Mogontij, scribit in hunc modu:  
Vulgatum illud, quia uerum erat, in proverbij uenit: Amici-  
tias immortales, inimicitias mortales esse debere. Sic enim lea-  
gendum esse, uel ipse sermone tenor admonet. Recte quidem  
admonet proverbium, uerum eo rediere mores mortalium, ut  
simulantes sint immortales, amicitia plus quam uitæ: plusq;  
positi una Ate quam centu Litæ, atq; omniu tardissime senes-  
cat ira, beneuolentia ad quauis leuè occasione intereat: que  
si faciarit, nequicquæ coit, et rescinditur. Arbitror in cau-  
sa esse, quod ab istis philosophis diuiciamus, commodo publico  
neglecto, suis quibq; priuatis commodos seruire.

Ad bonam frugem. xxvii

Qui communitis ad meliora iudicia moribus respiciunt,  
proverbio dicebantur ad meliorem frugem sese recipere.  
Vsurpat M. Tullius in actione pro M. Cælio: Et se ad bo-  
nam frugem, ut dicitur, recepisse, graueisq; homines atque  
illustres fuisse. Item Plautus in Trinummio, Certum est ad  
frugem applicare animum. Sumptum uidetur ab agris, qui  
cultu redduntur frugiferi.

Per manus tradere. xxviii

Quod successione quadam ab alijs ad alios decenit, per  
x manus

manus tradi dicitur : quod translatum uidetur ab his, qui nati-  
um aut plausum exonerent. Vitur eo Aulus Hircius libro  
pretermissorum octauo, quantum et alijs frequenter ob-  
uiam apud autores. Fit autem iucundius, quoties ad res anti-  
mi prouerbium accommodatur.

De manu in manum. XXXIX

Vt non arbitror idem esse cum superiori, ita non usque-  
quaque dissimile est, quod scribit Cicero libro epistolarum  
familiarium septimo: Totum denique hominem tibi trado de  
manu, ut aiunt, in manu tua istam et uictoria et fide pre-  
stantem. Traduntur enim et qui commendantur. Tereuuius:  
Hanc in manum dat. Item Horatius:  
Vt tibi se laudare ac tradere coner. Item:  
Hunc hominem uelles si tradere.

Mira de lente. XXX

Rodolphus Agricola, uir immortalitate dignus, libro dia-  
lectices tertio, testatur apud Græcos prouerbio dici solere,  
egregie de lente, quoties res humilis et pusilla magnificis  
laudibus attolleretur: perinde quasi lentem minutum, ac uile  
legumen splendens encomijs esset. Opinor Græcis esse ferri  
hunc in modum: εὐνα πρὶ φρασίῃ.

Non una manu capere. XXXXI

Οὐ τῆ εἰς ἑτέρας λαμβάνει, id est, Non una tantum manu ca-  
piendum. De re lubrica uariâq; captiuis difficulti. Nam huius-  
modi solennis utraque admonere manum. Vnus est Plato in so-  
phista: ὁρᾷς οὐδ εἰς ἄλλοὺς λέγεται τὸ ποικίλον  
εἶναι τὸ τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ λεγόμενον, οὐ τῆ εἰς ἑτέρας λα-  
μβάνει, id est, Vides igitur uere dici, bestiam hanc esse ue-  
riam: neq; quod dici solet, unica manu capiendâ. Sumptum est  
à uenatu, in quo ferae quædam miris artibus ex ipsis uenan-  
tium manibus frequenter elabuntur, quibus ad similem putat  
hominem sophistication, ad elabendum sacerdotis dolis instructum.  
Accommodari potest et ad opinum sacerdotium: quod ne-  
mo facile assequatur, nisi summa uia adiuuetur.

Omnes laqueos effugere. XXXXII

In eodem dialogo non dissimile huic allegoriam adducit,  
ueluti prouerbio iactatum: Difficile omnes laqueos effugere.  
Quod ipsum à uenatu traslatum est, in quo sic undiq; sepiuntur  
exitus, ut necesse sit feram in aliquas insidias incidere. ὁρᾷς  
γὰρ ἢ πρὸς ἑμῖα, τὸ τὰς ἀπώσας καὶ ῥᾶδιον εἶναι διὰ  
φύσιν, id est, Siquidem recte habet prouerbium, quo dicitur,  
hanc facile esse omnes laqueos effugere.

Hostis domesticus. XXXXIII

Rursum in eodē, domestici hostis prouerbio solitum dici  
testatur, ubi malū non aliunde prouiscitur, sed ex nobis ipsis  
nascitur: uelut cum quis ipse se prodit, aut redarguit, ipse sua  
bilit aut liuore se conficit: οὐκ ἄλλοιο δ' εὐνοῦται τῷ ἔλεγε  
χρόνω, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον, οἴκοιο τὸν πολέμιον  
καὶ ῥᾶδιον ἑωσόμενον ἔχοντες, id est, Nō opus habet alijs,  
quā redarguant, sed iuxta prouerbium, cū domi hostē habeant,  
quāq; sit aduerfaturus etc. Agit, opinor, de sophista, qui cū  
sit loquax, ipse se esse pro bere solet, quo reuincatur.

Capere ciuitatem. XXXXIII

Plato in eodem dialogo significat prouerbio dici solere:  
Capere ciuitatē, qui uem difficulte esset affuscitus. Neque enim  
Ciuitas priò statim impetu capitur. Verba Platonis sic habet:  
οὐδ' ἔστιν ἃ δὴ αὐτίκα καὶ τὸν ἃ συμφορῶν ἔδωκεν  
ποῦ εἰς τὸ πρῶτον ἐκεῖ προείπον, τὴ γὰρ ὄν ἐδωκεν καὶ  
τὸ τοῖς ἐρᾶσιν ἐν τῷ ἔλεγε, ἢ μὴ ἐκεῖ ἐκεῖνοις  
ἀνθρώποις, ἢ πάλιν ἐς τὸ πρῶτον ἀπωσθη, καὶ οὐκ ἐπὶ  
τῷ ἔλεγε πρὸς ἑμῖα, λέγόμενον, ὅτι τοῖς τοῖς ἄνθρωποις

ῥᾶδιον πόλιν, id est, Cōfideve oportet Theate, fore ut qui  
uel paululū aliquid poterit, semper ultra progrediatur. Quid  
enim facturus fit in alijs, qui in his animus despondit? et  
nihil in ille efficiens, aut retrocedere etiam compulsus, hanc  
inquam ille talis urbem, quod dici solet, cepit.

Diuinum excipio sermonem. XXXXV

Plato lib. de Repub. sexto, demonstrat prouerbij uicē in  
ore fuisse uirgo: θεῶν δ' ἔλαος λόγος, id est, Diuinū exci-  
pio sermonē, quoties, opinor, gloriosius aliquid dictum esset,  
omnis gratia deos excipiebāt, qui nihil non possunt, et qui-  
bus nemo prescribit. Platonis uerba subscripta: οὐτὲ γὰρ  
νεοὶ αὐτὲ γέγονεν οὐδ' οὐκ ἔλαος, ἀλλοιοιο ἔλαος  
πρὸς ἀρετῶν, παρὰ τῶν τῶτον παύσειον τοῦ ποιοῦ  
μῦθου ἀνθρώπων, ὅτι τῶν θεῶν μῦθι τοῖς ἄνθρωποις  
ἔλαος λόγος, id est, Neq; enim sum neq; fue-  
runt, neq; futuri sunt mores aliter ad uirtutem insituti, quam  
ad horum institutionem. De humanis loquor amice, et diuinū  
iuxta prouerbium, excipio sermonem. Apparet esse fra-  
gmentum carminis lambici:  
θεῶν δ' ἔλαος λόγος, fortassis ex Homero natum:  
Θεοὶ δ' ἐπὶ πάντα δ' ἄνωγον, id est,

Diuū tamen omnia possunt.

Accommodari potest ad summos principes, ueluti pontifi-  
cem, aut cardinales, aut monachos.

Vna pertica. XXXXVI

Vna pertica, pro eo quod est, eadem opera. Plinius Sce-  
cundus libro octauo, epistola secunda: Nam regione, inquit,  
totā, et nouas remissionis, ex forma laudatur, ipsis etiam,  
quos nō una, ut dicitur pertica, sed distinetē gradatimū tra-  
sitiui. Quam quis melior et probior, tanto mihi obligatior  
abit, expertus nō esse apud me, quōd ἢ ἡμῶν ἢ μου κοῦτος  
ἢ ἐπὶ ἔδαος. Sumptū uidetur ab his, qui netiuntur agros.  
Pertica posuit pro decempe. Nam Seruus Sulpitius ut in-  
dicat Festus Pompeius, dixit pertica esse lineā, qua diuiduntur  
agri, et uersus est Homericus quem alibi recensimus.

Sarta tecta. XXXXVII

Saris tecta, pro cōsummatīs, probeq; citatis, et in quib-  
us nihil sit omisum, ex solēnibus uerbis inuercitūtorū abijt  
in prouerbium. Plautus in Trinūmo: Ne tibi agritudine para-  
rerem, parsi sedulo. Sarta tecta tua procepta usque habui  
mea modestia. M. Tullius lib. epistolarū familiarū. xiiij. Hoc  
mihi da, atq; largire, ut Marci Curij, sartum et tectum, ut  
aiunt, ab omni in cōmodo, detrimēto, molestia, syncreto, inte-  
gramq; conserues. Idē in Verrem actione tertia, In fartis tes-  
tis uero quō admodum se gesserit, quō ego dicam? Idem in  
conciōe ad populum priuquam irei in exilium. Sit igitur  
aliquo tempore his hominibus consiliarijs quorum animus  
est religionis pietate defunctus, debetis mihi quocumq; prospi-  
cere, qui numini deorum consecratum, sartum tectum ab  
omni periculo conseruauit. Vlpianus libro Pandectarum primo,  
titulo de officio prococon, et legatū, cap. Si in aliquam.  
Aedes sacras et opera publica circūuagat, inspicenti gra-  
tia, an sarta tecta sint, uel an aliqua refectione indigeant.  
Item Celsus Pandectarū libro septimo, titu. de usufructu, cap.  
hactenus, loquens de re sciendū adificijs, hactenus tamen in-  
quit, ut sarta tecta habeat, si qua tamen uetustate corruissent,  
neutrū cogitare. Ac mox: Vnde Celsus de modo sarta  
tecta habendū querit etc. Rursum libro quadragesimo octa-  
uo, titu. ad legem de repetundis, cap. lex Iulia. Illud quoque  
candem ne in acceptum firatur opus publicum sciendū,  
frumentū uicē publice dandū, prabendū, apprehendendū, sarta

sarta tecta tuenda, antequam probata, perfecta, praestita legerint. Festus Pompeius docet veteres sarte dixisse pro integre, quamobrem et opera publica quae locantur ut integra tecta praestent, sarta tecta locantur. Nam sarcire est integrum facere. Sed Festus legisse videtur, sarte tecta, pro integre tectis. Nisi forte legendum est in prioribus, sarta et integra.

**Pulmo prius uenisset.** XXXVIIII

Pulmo prius uenisset, dictum est olim in locis, ac cessatores. Opinor quod pulmo cum perpetuo moueat, nunquam tamen loco se promouet. Plautus in Epidico: Dij immortales foccos iussi adimere pedibus. Pulmo enim, quod perhibent, prius uenisset, quam tu aduenisti mihi.

**Pedem conferre.** XXXIX

Pedem conferre, à militia sumptum. Vrsatur, ubi propius acceditur ad rem. Cicero in actione pro Plancio: Non possibim magis cōferre pedē, ut aūt, ut propius accedere. Huius obiter et alibi meminimus ex Quintiliano. Sumptum uidetur ex Homero, apud quem illud frequens est, ἔργον ἰοῦκε, id est, prope uenientes, hoc est, cominus congressi. Idem non minus iucunda figura extulit Vegetius de re militari libro. iij. cap. xiiij. Prima autem et secunda acies, quam ad spathas et pila, ut dicitur, uentum fuerit, totū sustinet bellum. Spathas autem uocabant gladios longiores, quemadmodum pila, has scas breuiiores, nimirum quinq; senis pedum, quae deinde spicula sunt dicta. Autor Modestinus.

**Qui multum obfuit.** XL

Sicut eiusdem artificis est egrege mentiri, et uera dicere: ita eiusdem est prodesse plurimum, ac ledere. Id olim prouerbio iactatum fuisse testatur Thucydides libro sexto in oratione Alcibiadis.

**Non uulgari ancora nititur.** XLI

Demosithenes in oratione pro Ctesiphonte: Οὐκ ἐπιτὶ τὴν αὐτῆς ἐρεμῆς τοῦ παλαιῆς, id est, Non eadem ancora nititur qua uulgus, significans illum nouis, minimeq; uulgariis praesidijs nisi. Sudas admonet esse prouerbium, et subaudiendum ancoram.

**Non plurius quam simias.** XLII

Simia ridiculū animal, et uulgo cōtemptum, nō uni prouerbio locum fecit. Dion Prusensis in lib. de Troia non capta: Quos ego, inquit, nō plurius facio quam, ut dici solet, simias.

**Aspis à uipera.** XLIII

Tertullianus libro aduersus Marcionem tertio, prouerbij titulo refert: Aspis à uipera, quū pestinus à pestimo sumit mali quippiā. Desinat, inquit, nunc hereticus à Iudeo, aspis quod aiunt, à uipera mutuari uenenum. Vfus erit quoties qui per se malus est, coniugio mali sit deterior.

**De caelo ad synagogam.** XLIIII

Hoc Tertullianus libro aduersus Marcionem quarto, ut uulgo inter Christianos, opinor, iactatū refert. Sed frustra, inquit, negauit Christum dixisse, quod statim fecit ex parte: prophetiam enim interim de loco adimpleuit, de caelo statim ad synagogam, ut dici solet. Sufpicor dici solitum, ubi quis subito demittit sese à summa tranquillitate in summos tumultus, aut ubi quis statim aggreditur negotium.

**De toga ad pallium.** XLV

Certe speciem habet prouerbij, quod refert Tertullianus in libello de pallio: Haec nimirū indignitas erit à toga ad pallium, cuius duplex erit usus: uel quum ad diuersum uitae genus se contulerit aliquis: uel quum à fortuna honestiore ad humiliorē: uelut, si quis ex adico fiat monachus, aut è praefecto paedagogus, è conside rhetor. Toga Romanorum erat,

pallium Graecorum. Post pallium coepit esse gestamen phibiosophorum. Confine illi: Aequus ad asinos.

**Extremalinea.** XLVI

Quoniam olim initium unde cursus incipiebatur ducta linea notabatur, rursus extremū linea signabatur, ideo co à linea incipere, siue ad lineā redire dicebantur, qui rem ab initio repetebant. Et quod in quo; re postremū est, extremā lineā appellabant. Ita Tertullianus Phedrius: Postremo extrema linea amare nonnihil est. Et Tertullianus libro quem aduersus Hermogenem scripsit, uocat eum ignoquantium extremam lineam, quod ultimus esset hereticorum. Siquidem adhuc erat in uisus, quum ea scriberet Tertullianus.

**Cæcus & claudus non intrabunt templum.** XLVII

Recessetur libri Regum secundi, cap. v. Quam Dauid omnium tribum consensu suscepisset regnum totius gentis Israeliticae, iamq; cōstituit regiā suam statuere in monte Sion, quae tunc erat arx Hierosolymae, quam id temporis obtinebat Iebusei, denunciatum est illi à Iebuseis, non futurum ut ingredieretur urbē, nisi prius amouisset cæcos et claudos. Id ubi factum esset, abiit in prouerbium: Cæcus et claudus non intrabunt in templum. Nec satis conuenit inter interpretes, quid hoc loco sibi uelit, cæcus et claudus. Quidam existimant per contemptum dictum: Huc non ingredieris, nisi sustuleris propugnatores moenium, quibus tuendis; sufficiunt caeci claudiq; nostri. Hebraei solent affingere fibulas, per quas explicent nodum questionis. Aiunt in moenibus urbis positas fuisse duas imagines, Isaac et Iacob; quorum ille legitur cecidisse senio, hic claudicasse, ex luctu cum angelo. Haec idem collocatas, ut essent momentum fœderis, quod olim pepigerant, cum Abraham, qua de re memini, libri Genesios caput uigintiunū primum. His igitur sublati capta est arx, et natum prouerbium, cuius sensum non satis perspicio. Nam quod in Leuitico cæcus et claudus arcentur à sacris ministerijs templi, non uideo quid faciat ad hanc historiam. Si diuane licet, forsatis in summis tectis ædium, erant imaginuē quales solent imponi fistigijs ædificiorum. Et uulgo cæcus et claudos appellabant, quod nec ambularent affixa, nec cernerent. Nō patebat igitur ingressus in aream, nisi transcensis ædium fistigijs. Proinde Dauid primij loco promissit militie principem futurum, quisquis primus contigisset domatū fistulas. Forsatis adagio locus erit, quoties excluditur aliquis ab honore uelut indignus. Merito enim excluduntur, qui uidebantur excludere. Et huiusmodi imagines in templorum tectis affiguntur foris, quum ipsum templum nunquam ingrediantur.

**Homini diligenti.** XLVIII

Homini diligenti semper aliquid superest. Chrysostrimus homilia in Ioānem xix. refert hoc dictū, ut tritū uulgi sermone prouerbū: Qui uere diligens est in negotio, nunquam sibi satisfacit, semperq; uidet aliquid, quod operi cepto adiciat, cum ignauis quicquid egerint nimum uideatur.

**Fuit & Mandroni ficulna nauis.** XLIX

Ἐξόρετο ἡ ψυχή μου ἐν τῷ ὕδατι, id est, Fuit et Mandroni ficulna nauis. In eos dici solitū qui preter meritū ad felicitatē atq; opes euecti, pristinae cōditionis non meminerunt, sed praesenti rerū successu insolentius abutuntur: ita ut serē mos est, τοῦ νεοπλοῦτου, id est, ijs, qui ad nouas diuitias ex infirma fortunae conditione prouehuntur. A Mandrone quondam sumptum, qui indignus et immerens, ex nauiculario factus est imperator. Nauim autem ficulnam per contemptum



dicit. Nam *scilicet* in genere uocant *Græci*, quæquid imbecille, aut contemnendum significare uolunt.

Lupus in fabula. L

Hoc prouerbum quum in prima editione, que Lutetia proditum est, non indiligenter esset à nobis explicatum: ita nunc nescio quo casu uidetur omissum in ceteris editionibus. Solitum est autem dici, quoties is, de quo consilulatio est, de improniso interuenit. Quod inde sumptum putat Donatus, interpres Terentij, quod lupus ei quem prior uiderit, uocem adinere dicitur: et cum cogitatione, in qua prius fuerat, simul et uocem amittat et uerba. Nec desunt, qui huius ferrei, seu opinionis causam philosophicam reddere conentur, uidelicet quod lupus natura sit hostis homini, et ideo spiritus quosdam ac uim naturam ab illius oculis proficiscentem in eum, quem conspexerit inopinato, uires illius obstupescere, atque hinc esse subito stentium. Donatus huc pertinere putat quod alibi citatum est à nobis Theocriticum illud: λυκον ειδες. Rursus illud Maronis: Lupi Mœriam uidere priores, quum uocem per eamdem ademptam pastor quære-  
ret. Sunt qui ex nutricum fabulis natum existiment, que narrant ludificato puero terrore lupi, uerum lupum à caeca paulatim uenisse ad linen cubicali. Nam est et in apolo-  
gis matrem, ut puerum uaguetem comperceret, lupum frequenter inclamasse, ut nisi desineret plorare, deorandum auferret. Tandem lupum se præ dæmone uenisse: sed frustra hiantē abisse, hac tantum sententiâ doctorem, nō esse fidem habendam foemine pollicenti. Nam hoc, opinor, sensit Donatus. Locus enim in libris euulgatis non uidetur carere mendo. Tertiam opinionem rejicit Donatus, que putat hinc natum, quum in Neutiana fabula representaretur, quomodo Romulus et Remus alii sint à lupa: repente uerū lupum actioni interuenisse: quo factum ut subito esset totius fabule silentiū, quod talis spectator inexpectatus interuenisset. Sic usus est Terentianus Syrus in Adelphis, silentium inmens Ctesiphoni, quod Demea pater adolescentis quem ruri esse credebat, præter expectationē adfesset. Festinus etiam usus est Plautus in Sticho. Atque eecum, inquit, tibi lupus, in sermone presens esturians adest. Loquitur enim de parasito Gelasino, qui fratribus de ipso consulabantibus de repente interuenit. Adit enim prouerbio gratiam, allusio ad hominis edacitatem: quem admodum apud Theocritum, ad nomen adolescentis, de quo dicitur, λυκον ειδες. Vititur et M. Tullius epistola ad Atticum, lib. xij. De Varrone loquebamur, lupus in fabula. Venit enim ad me. Ferè sit autem ut quoties interueniat, de quo colloquuntur, obmutescamus: propterea quod siue laudabatur, pudet in eos dicere, quod recte narratur de absent: siue uituperabatur, timentus offendere.

Prolixius Iliade. LI

Μακρότερον ἢ τὸ Ἰλιάδῃ λαλῶν. id est, Prolixiora Iliade loquens. Refert Iulius Pollux, libro de rerum uocabulis sexto, capite uigesimo sexto, adiungens ei, quod alibi docuitur, competere in homines uehementer garrulos: τὸ ἐκ θωπῶν ἄνευ χελαίων. et ἡρῶν αὐλῶν, sic enim ibi refertur. Hunc in sensum usus est et Aeschines in Demosthenicam, qui locus nobis alibi citatus est. Non dissimile est huic: Ilias mælorum. Sed quoniam hoc congruit immensis malis, quod nunc referimus immodicæ loquacitati, separare usum est ob usum diuersum. Est autem Ilias nobile opus Homeri, quo Troie capte historia in libris uiginti quatuor explicat: quum Vergilius duodecim libris complexus sit quod ex utroque opere usum est decerpere.

Apud noueram queri. LII

Qui deplorat infelicitatem suam apud eos, qui nihil aliud xilij sint latari, ut gaudij magis consequentium malis, apud noueram queri dicuntur, quod nouerae ferè male uelint prius uignis. Plautus in Pseudolo:

Nam isthuc quod uim lumentare, non esse argentum tibi, Apud noueram querere.

Quod dictum Pseudolus simulans se non intelligere: Eho, inquit, an unquam huius nupsijs parui?

Animus habitat in auribus. LIII

Veteres animo sedem in oculis dedere, plerique in corde. At Herodotus in Polynia, iusta uulgum sermonem ut uidetur, docet animū habitare in auribus: quod qui bene audiunt, uoluptate afficiuntur, qui secus, exacerbentur. Herodoti uerba subscribam: και νῦν τῶ τῶ τῶ ἡρετικισμο, ὡς ἔρ τοιοῦτο ὄσι τῶ ἀναξαρτωρ οὐκ ἔδ ὁ θυμῶν, ὅς ῥησῶν μὲν ἀδῶσ, τῶς ῥησῶν ἔμπεπλητῶ τὸ σῶμα, ἡσωντοῦσι δὲ τῶ τοιοῦ ἀνοῦ ἐδ. id est, Et nunc illud sane discito, quod in auribus hominū habitat animus: qui quā bona audierit, uoluptate corpus implet: quā his diuersa, molestia afficit. Opinor hunc esse sensum adagij, quod ex his que audimus maxime placatur, aut iritatur animus. Nam hac potissimum iter est ad animi hominis. Contraque ab blande didicim, sepe atroces iras uertit in beneuolentiam, et asperior sermo pronocat capitales iniurias. Quin et comicio quidam inguliantur, nō aliter quam serro aut ueneno. Proinde uigilissimum homicidarum genus est, quod hoc seculo potissimum regnat, qui uenenum aspidum portant in lingua, et qui idem peragunt lingua, quod sciarj ferro.

Inscitia confidentiam parit. LIIII

Ἀμαθία μὲν θεῶν, λογισμὸς δὲ ἄνθρωπων φέρει. Id est, Inscitia quidem confidentiam, prudentia uero contractionem parit. Existat apud Thucydidem libro Peloponnesiaci belli secundo. Diuus Hieronymus in epistola ad Euaग्रium ita refert: Imperitia cōfidetiā, eruditio timorē creat. Refert et Plinius epistolari lib. iij. Sic ut ἀμαθία μὲν θεῶν, λογισμὸς δὲ ἄνθρωπων φέρει, ita recta ingenia debilitat uerecundia, peruersa confirmat audacia. Vititur eodem et Lucianus in Nigritino: id ubi non sit quā hęc sententia fuerit olim uulgi sermone protrita. Cognitione rerū reddit hominem constantiorem ad aggrēdendum negotiū: hinc nimirum est, quod inuentus eudactor est quā senectus: et, ut docet Quintilianus, firmitus dicitur quā minus habent artis: quum intertin cordatus orator ac periculum intelligens initio trepidet. Et qui minus sapiunt, minus habent pudoris. Et qui nondum didicere, quā sit scire, nullius rei sibi non arrogent scientiam. Denique maxime bellum affectant, qui quid sit bellare nunquā experiri sunt. Quem admodum hodie sub adolescentibus principibus misere tumultuatur orbis.

Non statim finis apparet. LV

Herodotus in Polynia, significat hoc olim prouerbio dici solitū: Non statim cum principio apparere, rei exitum. και τὸ πῶλοισι, inquit ἐπ' ὅς ἔς ἐξίτητο, τὸ μὴ εἶμα ἀρχῆ δὲ τελῶ καταφαίνεσθαι. id est, Et uetus adagiū, quod recte dictū est, non statim cū initio apparere finem. Conuenit in quorundam preproprios spes, qui negotio uix cepto, statim arbitrantur sermē factam habere, quum sepe exitus non respondeat initijs. Vulgi iocus est in Batemū quædam, qui iussus sionere catapota, rogatus medicum quid essent efflora. Cum medicus respondisset fore, ut moneretur alius, deorauit, moxque nondum egresso medico, clamauit se



uit se cacaturire: nimirum suspiciens statim apparere finem unquam principio. Alter quidam eiusdem sapientie, quam a parentibus missus esset in Galliam, ut Gallicie disceret, quum illic egisset quadriduam, querebatur apud suos, quod nondum loqueretur Gallicie, putans hanc uim habere solum ipsam, ut quisquis adisset Galliam, ilico Gallicie loqueretur. Sunt et huiusmodi quidam, qui simulatq; filius triduo uersatus est in ludo literario, mirentur eum nondum scire literas, querant ueroq; opera simul et impensam uersat. Poterit ad serua quaerit. Rebus honestis strenuus uiscandum, ut olim liceat egregiorum laboru optimam messem metere. Semper in hac uita recte faciendum, olim non defutura premia, etiam si non contingant in hoc mundo.

**Philippide tenuius.** LVI

Athenens lib. diposophistaru. xij. ostendit Philippide comediariu scriptore sic tenui fuisse corpore, ut etia πικρὸν λιπυρῶδου dixerit, pro macra esse. Refert autem prouerbiu ex Aristophonte: ἔν ημετέροις αὐτῶν ἕσιον ἰχθυόσσορ ἀρπαζῶν Ὀδυσσεύς, id est, Intra triduum graciliorem illum reddam Philippide. Rursus ex Menandro: Ο λιμὸς ἕμῶν τὸν κελὸν τῶτον δακτύρ φιλίππιδος ἀσπότερον ἀποδιδέει νεκρῶν. id est, Vestrum ubi fames formosulum hinc memorabit, Reddet cadauer macrius Fhilippide. Rursus ex Alexide citat hoc dictum: Πικρὸν τὸν Ὀδυσσεύς ἔσπῳτερον. id est, Poculum Philippide gracilius. Accommodabitur non inuenisse ad orationem ieiunã, aut dispositionem octiose subtilitatis.

**Quae femel ancilla, nunquam hera.** LVII

Ut uulgo iactatum refertur in Graecis epigrammatis, libro primo, titulo Pallade: Μὴ ποτε δ' ἄλευσσαι γυνὴ δ' ἄωποινα γένοιτο, Ἐστὶ πῶσι μακρόν. id est, Si qua ancilla femel fuit, haud inquam dominetur, Vi prouerbiu habet.

Videtur ideo dictum, quod qui ex humili fortuna subuehatur ad res amplas, soleant esse ceteris insolentiores, minusq; tolerabiles, quam qui felices nascuntur.

**Exurere mare.** LVIII

Admonimus ἀδύνατα ferme pertinere ad cognitionem prouerborum. Quod genus est illud quod refert Vergilius, Aeneidos libro nono:

Maria ante exurere Tarno,  
Quam sacras dabitur pinus.  
Nec dissimile est quod habet Propertius:  
Tu prius et fluctus poteris siccare marinos,  
Ataq; mortali detrabere astra manu.

**Obedientia felicitatis mater.** LIX

Aeschylus in ἐπία ἐστὶ δ' ἀεὶς, Πειθαρχία γὰρ ἔστι φει εὐτυχίας, id est, Felicitatis mater obedientia, Coniunxq; ut aiunt, sospitatoris Iouis. Fingit poeta iouē sospitatore, cuius beneficio cotingat salus, huic esse uxorem, cui nomen τῆ πειθαρχία, id sonat obedientiam, sed proprie qua paremus magistratibus ac principibus: ex horum coniugio nata esse filiam, cui nomen εὐτυχίας: id est, felicitas. Principis est cōsulere saluti ciuiu. Id conuincitur bonis et a quis legibus: populi est his obtemperare, si uelit esse felix. Sed uitam non essent ioues ὀδύσειν, quibus

uxor esset ὀδύσεια, et filia δ' ὀδύσεια.

**Ver ex anno tollere.** LX

Ex τῷ εὐνοῦτος εἰ ἔτος ἡγαίειν. id est, Ver ex anno tollere, dicebatur, qui in quod in negotio quopiã erat praecipui tolleret. Meminit Herodotus in Polymnia. Lacedaemonij et Athenienses misit in Sicilian legatis, petebant a Gelone Syracusano et societatem et suppetias, aduersus Xerxem bellu inferentē Graecia. Nec ualuit a Gelo, modo se Imperator uel maritimarum rerum uel terrestrium copiarum cōstituerent, qua conditionem qua repudiarent legatis, iussit eos ilico discedere, ac renuciare Graecis: ὅτι ἐκ τῷ εὐνοῦτος τὸ ἔτος αὐτῶν ἡγαίεται, id est, Ver ipsis ex anno sublatum esse, uidelicet illud subindicans, suu exercitui praecipui esse Graecia florē ac robur, qui si deesset, defuturo illi, quod esset praecipuum. Ver enim anni praecipua pars est. Potest despecti longius, ut dicatur uer eximere anno, qui linguarum ac bonarum literarum peritiam, sustollant e scholis.

**Etiam si Cato dicat.** LXI

Plutarchus in uita Catonis Viticēsis narrat tantã Catonis apud populum fuisse fidē et auctoritatē, ut de rebus incredibilibus prouerbio dicebatur: τὸ τοῦ ἀλλ' οὐδὲ κάτωνος λέγει γοντος τιθεῖσθαι ἔστιν. id est, Istuc incredibile est, etiã si dicat Cato. Similis erat auctoritas Aristididis apud Athenienses. Huic affine est: Nec iurato istuc credimur sim.

**Decipienti femel.** LXII

Suspicio esse uulgo iactatu apud Italos, quos refert Iodanes campanus uir suo seculo magnus, et admirabilis ingenij, libro de fugiēda ingratitude secūdo: Decipienti me femel, dij male faxint, faxintq; bene, si bis idē deceperit. Quod femel falli perisāe decipientis par sit imputari: uerū qui femel expertus, uisum fidem habuerit eidē, dignus uideatur, qui fallatur. Confine est illi quod alibi recte iunimus: Improbe Neptunū accusat, qui iterum naufragū facit. Quomam Campanus erat marie reconductq; lectioris, fieri potest, ut hoc dictum alicubi citatum legerit. Nam uideatur esse duo senarij pauculis immutatis:

Decipienti femel me, dij faxint male,  
Faxintq; bene, si bis idē deceperit.  
Nã ipse Campanus adducit titulo ueteris puerbij, quanquã netus dici potest, qd' nosira quoq; memoria natum est.

**Quis hera, tales pedissequae.** LXIII

Est hodie uulgo dicitur ex Athanasij simbolo detorium: Qualis pater, talis filius. Huic simillimum est pernetus adagium, libro epistolarum ad Atticum quinto, epistola undecima. Si uerum est, inquit, illud: ὅσους ἢ δ' ἄωποινα, τοῦα ἡγῶ θεραπαυίδες. id est, Qualis hera, tales et ancille. Quanquã nec hoc multum abest a senario: Δέσποιν' ὄφεια, τοῦα Ἐθεραπαυίδες.

**Bibere Mandragoram.** LXIIII

Inest uis somnifica mandragorae, adeo ut enecat etiã largiore potu, si Plinio credimus, historia mundi lib. xxv. cap. undecimo. Vnde qui cessant in officio dormiantiq;, multam mandragorã bibisse dicuntur. Sic usus est Iulianus in epistola quada ad Callixenē: Οὐ φρονέειν τοῦδὲν πᾶν μωδὸν γὰρ γῶσθαι ἐκαστωῶν ὄζει, id est, At non uideatur multã haussisse Mandragorã? Visus patet et Demosthenes in Philippica quarta: ἀλλὰ μωδὸν γῶσθαι πεπωκόσθην, ἢ ἢ φῶρ μακροῦ ἄλλο τοῦτοῦ ποιοῦ μὴ ἀνθρώπων, id est, Similes uideatur his, qui mandragorã bibent, ut aliud uideatur pharmaceuti. De his qui mandragorae indormiunt, alibi dictum est. Hoc nõ dissimile est illi, quo d' alibi retulimus: Bibere elleborum.

Nepictum quidem uidit. LXV

Quemadmodū de uehementer ignoto dicimus, ne natum quidem noui, sic dicimus, ne pictum quidem uidit. Multas enim uerbes et res, atq; etiam homines nunquam nobis cōspēctos, ex pictura tamq; nouimus. M. Tullius libro de finibus bonorum ultimo: Dicis adde omnia et bona et mala, que quidem dicunt, qui nunquam philosophum pictū, ut dicitur, uiderunt. Venustus etiam fuit, si longius transferatur. Rhetoricam ne pictam quidem uidit. Virtutem ne pictam quidem. Nam pinguntur hæc quoq;.

Scrupulum iniicere. LXVI

Scripti sunt minuti lapilli, qui inter ambuladū inflant in calcos hominis, ac pedem torquent. Inde iniicere scrupulum dicitur, qui sollicitudinē iniicit animo cuiuspiam. Et serupulum eximit, qui sollicitudinem eximit. Terentius in Adelphis. Timet, inieci scrupulum homini. M. Tullius quarto de finibus, in fine disputationis: Scrupulum inquam abeuntit. Sed uidēbimus. Hoc non dissimile est illi, quod alius retulimus: Infixo iaculo figere. Rursum Terentius in Andria: At mihi unum etiam scrupulum restat, qui me habet male.

In angulo. LXVII

Εν γωνία, id est, In angulo, fieri dicitur, quod fit in occulto. Quod usū patū in Euāgelio a dño Iesu Christo, reperitur esse apud Platonē in Gorgia, τὸν λαίηρ ῥήτορ εἰσάγου, μετὰ μαθηταίωρ ἐν γωνία εἰσὶν ἢ πηγάτωρ ἰουθαγιότων, id est, Reliqui uide degere, cū adolescentulis tribus aut quatuor in angulo susurrantē. Item Lucianus in concione deorū: μακρὴ τὸν ὄρεξτε ὅ βροί, μακρὴ γὰρ γωνίας συνεσφραμμένω, πρὸς οὐκ ἔλλαλοις νοινωτολογεῖσθε. id est, Ne post hæc susurros miscete ὀ dij, nec ad angulos conuertit, alijs alij ad aurē conspirate. M. Tullius libro de oratore primo: Quibus ego de his rebz omnibus in angulis consensendi ocij causa, ut differant etc. Sic et illud in Euāgelicis literis prouerbialiter est dictum: Super tectū predicare, pro eo quod est, palam et in publico predicare. Nunquam enim legimus Apostolos de tecto clamasse.

Calidum mendacium. LXVIII

Calidū faciunt, θεῖς μὲν ἕρπον. pro audaci dici, monuimus alijs. Simili figura dici solet calidum mēdaciū, pro audaci et impudenti, docet Plautus in Mustelaria. Calidum hercle audiui esse optimum mendacium. Aut non est mentiendum, aut est fortiter mentiendū: alioqui modo deprehenditur, qui ueracunde mentitur. Quemadmodū Aeschinus Terentianus: Non istas, quod fiam.

Muti citius loquentur. LXIX

Ad ἀσώτων genus pertinet et hoc, quod habet Plautus in Persa: Muti prius loquentur quam ego. Ne hoc, inquit, cuiquam homini dicerem, edictum est mihi Magnopere, nec cuiquam homini crederem, Omnes muti ut prius loquentur hoc quam ego.

In transfennam inducere. LXX

In transfennam inducit, qui dolo fallit. Plautus in Persa: Hunc ego hodie hominem in transfennā doctis ducam dolis. Itaq; huc instāte parate sunt, prope aggrediar uiram. Ad aucupibus sumptum est, qui intra cancellos efcam sperant, infidiates auculis. Unde et hodie qui dolo captus est, intra transfennam esse dicitur. Huc simillimum: In foueam et in laqueum inducere, quorum alibi meminimus.

Ab transfenna cibum petere. LXXI

Ab transfenna cibum petere dicitur, qui periculo proximus est. Plautus in Bacchidibus:

Nunc ab transfenna hic turdis lumbrium petiit. In senē dicitur, legentem epistolā, per quem erat fallendus. Ab eadem metaphora sumptum, cuius modo meminimus.

Omnēs adhibere machinas. LXXII

M. T. ul. lib. ep. ad Brutum: Ad reliquos hic quoq; labor mihi accipit, ut oēs machinas adhibeā ad tenendū adolescentem. Itē Plato de leg. lib. vij. οὐδὲν φραμμένω ἄποσασμ μαχακτέωρ μαχακλώ, id est, Itaq; dicimus oēm adhibendam machinā. Rursum in eodē: πῶτωρ μαχακλώ προσφάτωρ, id est, Omnem machinā admoens. Sumptum est ab his, qui summa uī oppugnant arcem aut oppidum, nullū machine genus nō admoentes, nihilq; relinquunt intentatum.

Leo cordula uinctus. LXXIII

Lucianus in libello de mercede seruitutibus: Νῶν δὲ τὸ τὸ λόγος, λέωρ κτάσι θεσίς ἀνω γη κτάτω πρὸς ὄρωμα, id est, Nūc autem quod dice solet: Leo filo uinctus, sursum ac deorsum circūfretor: quum quis exiguo cōmodo captus, apud aulicos ostentatur passim, quod princeps tantū alit uirū. Hoc enim principes sibi gloriosum ducūt, si episcopos, aut doctos uiros cogā sua relinquere negocia, et aulice seruire pōpe.

Sinapi uicitare. LXXIIII

Tristes ac supra modum tetrici sinapi uicitare dicitur, quod bodicq; uulgo tritum est.

Plautus in truculento:

Si ecastor hic homo sinapi uicitet. Non censeam tam esse tristem posse. Aristophanes in Equibus cōsimili figura dixit: Tueri sinapi: κῶβλακινάπτω, καὶ τὰ μέτωρ ἀνεάσασε, id est, Toruum tuens, ut qui sinapi uicitant, Frontem fuerat conatrabat.

Interpres Aristophanis admonet napy, semen esse, unde fiat sinapi. Huius us est ciere lachrymas, eoq; Ennius apud Macrobium tritum uocat. Neque tritum querit sinapi, neq; macrum cepe. De cepis alijs nobis est dictum.

Pueri senesque. LXXV

In principio chiliadū admonuimus omnes firmē huiusmodi figurā esse prouerbiales, que constant ex contrarijs: Maximi minimiq; iuuenes q; senesq; dijs atque hominibus. Horatius. Parū proprems et ampli, qui omnibus sentiat huc esse cōtendunt. Plato lib. de legi. vij. Ἀλλὰ τὸ λεγόμενον πᾶντ ἀνδρα ἡγῆ παίδων γὰρ τὸ δυνάτωρ etc. id est, Imō quā dici solet, omnē puerū ac senē pro uiribus etc.

Omnī uoce. LXXVI

Quod summa contentione afferitur, omni seu tota uoce dicitur predicari. Vehemens enim affectus animi solet uocē intēdere. Plato libro de legibus decimo: Πῶτωρ δὲ τὸ λεγόμενον φωνῶν ἰέντι, id est, Omni emissā uoce. Clare loquimur quum asseueramus, et quato possimus clamore sonamus, siquā d magnopere nos commouit. Potest et in hunc usum accommodari, ut omnem uocem promere dicatur, qui modis omnibus conatur persuadere, nūc blandiens, nūc obuiogans, nūc pollicitans, nūc minitans.

Arcus tensus rumpitur. LXXVII

Plutarchus in libello, cui titulus fuit: An sit seni admiñistrāda res publica: τὸ ὄρωρ ῥῆ, ἴκω, ὡς φασίμ ἐστὶ τεινὸ μωρὸν ἐργου τῶν, μακρὸ δὲ ἀντιμωλῶν, id est, Arcus, quemadmodum autem, qui intēditur, rumpi solet, cōtra animus qui remittitur. Reseruit autē in Epitaphio Theophrasti, qui tantisper uigilādem esset in labore, simudatq; remisi studium, interit. Οὐκ ἄρα τὸ τὸ μάτωρ ἰπῶρ μῶρ ὄτωρ τῆ ἐλέχθω Πῆγνυδῶς σὸρις τὸ ὄρωρ ἀντιμωλῶρ.

Δὴ γὰρ καὶ θεοφραστὸς ἑὸς ἐπόνει μὲν, ἄπειρα  
 ἢ μὲν δέμας, εἰ δ' ἀνείθε, κότεθαι ἡγομαλῆς. id est,  
 Ni foret intentus sapientis frangier arcum  
 Veridici sane verba fuerit uri.

Namq; opere asiduo ualuit T theophrastus, et idem  
 Lexato studio, membra solutus obi.

Ne Apollo quidem intelligat. LXXVIII  
 Quod uehemeter esset obsecrati, et intellectu difficile,  
 id negabant uel ab Apolline posse intelligi. Athenens libro  
 Dipnosophistarum tertio: Τι δὲ ἢ ἐπισοῖσι δὴλοῖσι, νομίζω  
 εἶναι μὲν τὸν πῦθιον Διαγνώστον. id est, Quod autem  
 sibi uelit epistola, arbitror equidē, nec ipsum Apollinem in-  
 telligere. Adducit tibi senarium ex Antiphane:  
 ταῦτι δ' ἔστ' ὁμοῖον, οὐδ' ἔμ' ἀποδῶμον μάθοι. id est,  
 Nec Apollo, quid sibi haec uelit, intelligat.

Destitutus uentis, remos adhibe. LXXXIX  
 Quam res non succedit ut uolumus, ad alia praesidia con-  
 fugiendum est: aut quā fortuna uel aduersa, tuam magis adla-  
 borandam. Refert adagium Hermolus in epistola quadam  
 Graeca, quae Politianicis admixta est. Ὁ τὸ πῶνυ μακροῦ  
 ἔμασται φασίμ, ἐπὶ τὰς κώπας χάρει. id est, Est desti-  
 tutus uentis, ad remos, quod aiunt, te conser.

In pace leones. LXXX

Aristophanes in Pluto:  
 ὄντες οἶκοι ἢ λέοντες, ἢ μάχῃ δ' ἄλωπτες. id est,  
 Quam leones sint domi, iudem in Marte sunt uulpedae.  
 Aristophanus interpret ostendit prowerbiū iactatum in Lae-  
 cones, qui in Asia infeliciter rem gesserant:  
 οἶκοι λέοντες, ἢ ἐφῆσθ' δ' ἄλωπτες. id est,  
 Domi leones, in Epheo uulpedae.

Ad hoc nimirū alluist comicus. Plutarchus in comparatione  
 Sylle et Lysandri refert hanc sententiā tanquā uulgo iactatā  
 in principes. Sic enim de Lysandri frugalitate praedicat.  
 Ἀλλ' εἰ δέ τις ἄλλος ἐκασφύλιος τουτὶ τὸ πῶνυ κοτον  
 οἶκοι λέοντες, ἢ ὑπαίθρου δ' ἄλωπτες. id est,  
 Imo si quis alius effugerat illud quod uulgo circūfertur,  
 Domi leones, sed foris uulpedae.

Olim fortasse sic emergebant potentes, post et domi et fo-  
 ris leones esse coeperunt, aut si quod animal leone inuolentis.  
 Conuenient in eos, qui praeposere se gerunt: ibi feroces, ubi  
 nihil erat opus: ibi fugaces, ubi res posebat uirū, aut qui in  
 suos seu in iudē audent aduersus inimicos, quod Ciceroni  
 obijcit Salustius: uidelicet, quod contumeliosus in amicos,  
 superbus inimicis. Aut in illos qui simulata mansuetudine per-  
 ueniunt ad tyrannidem.

Certissima paupertas. LXXXI

Sententiam prowerbialem refert Iunius Columella, libro  
 de re rustica decimotertio. c. ij. Preparatis igitur receptaculis,  
 operetibi suo quāq; loco generatim, atq; etiam speciatim  
 nonnulla dissonere, quo facilius, quam quod postulat usus,  
 recipere possit. Nā uetus prowerbium est, paupertatem cer-  
 tissimam esse, quam alienus indigeas, uti eo non possit: quia  
 ignoretur ubi prociuum iaceat, quod de sideratur. Haec uen  
 Columelle uerba retulimus. Sentit autem, nisi fallor, si quis ha-  
 beat domi, quod quam utendum est, inueniri nō potest, etiam  
 magis egere eo quod habet, quam si nō haberet. Et enim qui  
 non habet, rogat aliquid commutato: qui habet, ubi uentū  
 est ad articulum quo sit utendum: nec suum habet, quod ubi  
 sit, nescit: nec alienum habet quo possit uti.

Mercator nauiga & exponere. LXXXII

Strabo libro Geographiae suae decimoquarto, refert hu-

iusmodi prowerbiū: ὕμπερος κατὰ πῶνυ δόμοι, δ' ἔλαθ' ὑπὸ  
 τα πῶνυ γατοῦ. id est, Mercator ad nauigā, exponere, omnia  
 diuendia sunt. Aut natum à Cilicibus olim piraticam exercē-  
 tibus, quorū precipuum quæstus erat ex mancipijs, quæ pro-  
 pter opportunitatem loci facile capiebantur, et celeritate di-  
 strahabantur, quod Delus que non procul aberat emporium  
 praefaret, et amplum et pecuniosum, ut illic eodē die præ-  
 sente pecunia, multa mancipiorum milia distrabi possent, et  
 auebti. In causa erat illud quoq; quod Romani ex Carthagi-  
 ne Corinthoq; subuersis uehemeter locupletati fuerant, eoq;  
 pluribus mancipijs uti coeperunt. Si quid habet prowerbiū,  
 praeter rei gestæ memoriam, poterimus uti, quoties significa-  
 binus rei cuiuspiam esse tantam auiditatē, ut nulla copia suf-  
 ficiat: praefertim si quid mali sit, quod expectetur: quemadmo-  
 dum nihil auidius emitur, quam nugaces quidam et seditiosi  
 libelli, falsi iudicis bonis autoribus.

Nisi crura fracta &c. LXXXIII

M. Tullius in Philippica decimatercia docet prowerbio  
 fuisse iactatū in C. Plancum, cum perire nō posse nisi crura  
 ei fracta fuissent. Is incenderat ciuitā, ob quod facinus quædam  
 esset cecitus in exilium actus, tamen post armatus ausus est redire  
 in urbem. Adagium autem ductum est ab his qui ob scelera  
 subiunguntur in crucē, tantaq; est malitiæ uincitas, ut nec illic  
 mori possint nisi fractis cruribus mors acceleretur. Iocatur  
 autem Cicero Planco fuisse fracta crura, quam legibus esset  
 adempta potestas redeundi in ciuitatē. Et tamen iuxta ac re-  
 diti. Asseribam M. Tullij uerba. Sequitur alij tribunitij. C.  
 Plancus in primis, quā si senatū dilexisset, nunquā in cecē-  
 disse, quo scelere dānatus in eam urbem rediit armis, à qua  
 excesserat legibus, sed hoc ei cōmune cum plurimis dissimila-  
 limus. Illud tamen uerum quod in hoc Planco prowerbiū loco  
 dici solet, perire eū non posse, nisi crura ei fracta essent. Fracta  
 sunt, et uiuūt. Hoc tamen, ut alia multa, aequale fertur ac-  
 ceptū. Haec uen Tullij uerba rececimus. In quorū posire-  
 mus iocus est in aequam quo significatur armata manus. Nā  
 uexilla Romanorum precipua habebant aequam.

Cuculus. LXXXIIII

Olim quā fuissent in re quāpiā paru honesta deprehēsi,  
 uulgari probro Cuculi dicebantur. I oritur à uinitioribus,  
 qui serius cœpissent putare uineam, nec hoc munus absoluisse  
 sent priusquā audiretur ea aus, ueluti cessationē exprobrans  
 agricolis. Huius uocē imitantes uiatores deridebant uinito-  
 res. Ita Plinius libro. 18. cap. 26. In hoc temporis intervallo  
 quādecim diebus primis agricolis rapiendā sunt ea, quibus  
 peragēdis ante equinoctiū nō suffecerit, dum sciat inde natā  
 exprobrationē scēdā putantū uices per imitationem cantus  
 alitis tēporarij, quē cuculum uocant. Deducus enim habetur  
 opprobriūq; meritū, scilicet ab illa uolucere in uite deprehēdi,  
 us ob id petulantia sales etiā cum primo uere ludantur. Aus-  
 spicio tamen detestabiles uidentur. Adeo minima quæque in  
 agro, natiuodibus trahuntur argumentis. Porro quos Plinius  
 petulantia sales appellat, apud quādam nationes et hodie  
 licet agnoscere. Verum enim me sibus, quam auditor coccyx,  
 si tamen hic est cuculus id quod sentit Gaza, coniugati mu-  
 tuis salibus inter se ludunt, dicentes, tibi canit haec auis, si-  
 gnificantes torem parum uigilanter custodiant. Quin et  
 Plautus in Afinaria, sic facit iocem comitandam marito in  
 amica deprehēso. At etiam cubat cuculus, surge amator,  
 i domū. Ac mox. Cano capite te cuculus tior ex lustris rap-  
 tit. Horatius sermonum lib. 1. Sat. vij.  
 Tum prenestinus falso multumq; fluenti

Expressa abusto regerit comitia, durus  
Vindemator et inuictus, cui sepe uiator  
Cessisset, magna compellens uoce cuculum.

Hæc nimirum cogniuit cum his que scribit Plinius, pro solere  
obijci uindematoribus, si cuculus eos deprebedisset putates  
uineam. Eum Horatij locum sic explicat Porphyrio. Nam solent le-  
uia rusticici circa uia abusta uindemates ad uindematoris cuculi  
appellari, quum illi puocati tantam uerbosam amaritudinem in eos  
effundat, ut uiatores illis cedat, cõterit eos cuculos iterum atque  
iterum appellare. Acron hæc adfert. Hoc aut ipsare nouimus,  
quod uiatores sepe uindematoris cuculis agit qui tur asferint,  
et illi uident ita, ut cucullus eum appellens, quasi pigrit, et re-  
citât hoc custodibus, eo quod semper asideant. In his Porphy-  
rionis et Acronis uerbis, uideo mēdas aliquot subesse. Cum  
his conuenit illud Plautinum. Etia cubat cuculus, quasi grauatim  
surgeret a fessor puella. Quin arbitror in conuicio cuculi, ale-  
lulum ad uocem cubadi. Vnde p leuia in uerbis Porphyronis  
fortasse legēdum lenti. Iam quod quidam, ex cuculo faciunt cucullum  
ex cui ueste, nihil est necesse, quum hæc uox penultima habeat  
productam, apud Plautum in carmine Trochaico.

At etiâ cubat cuculus, surge amator, i domi. Ac mox.  
Cano capite te cuculum uxor ex lustris trahit.

Arator nisi incuruus præuaricator. LXXXV

Prouerbij speciem habet quod refert Plinius lib. 1. cap. 19.  
Arator nisi incuruus, præuaricator. Præcipit ut arator aruū  
primum rectis sulcis profcindat, mox et obliquis subigat, id  
fieri uix potest, nisi toto corpore incubât labori, unde et Ver-  
gilio dictus est curuus arator. Ceterum præuaricari est a recto  
sulco diuertere. Vnde et in causis præuaricari dicuntur, qui  
eam diuersam adiuuat. Videlicet hoc est quod ait Plinius. Inde  
trahitâ hoc crimē in fori. Ibi itaq; cauetur, ubi inueniunt est.  
Traherri potest ad quēuis, ut leno nisi peruius est, præua-  
ricator. Miles nisi impius est, præuaricator. Conuenit in ne-  
gociū, quod absq; magnis sudoribus peragi non potest.

Metiri digitis. LXXXVI

Qui rem accuratius expen dit quam oportet, digitis me-  
tiri dicitur, ueluti si quis cum amico rationē ineat, uter in alio-  
rum plus cõsultis effecti fuerit. M. Tullius, paradoxo tertio.  
Poëtam nō audio in nugis, in uita societate audiâ ciuem di gi-  
tis peccata dimetientem sua: Si sunt usâ breuiora, leuiora qui  
possunt uideri, quâ quæquid peccetor, perturbatione peccet-  
tur rationis atq; ordinis. Allusit huc Cicero, quod poëta car-  
minis pedes digitis metiri soleant. Vnde et Horatius,  
Legitimumq; sonum digitis callcum et aure.  
Non optimus autem poëta uidetur, qui non statim aurium iu-  
dicio deprehendit carminis uitium.

Salem et caseum edere. LXXXVII

Plinius lib. 2. cap. 7. indicat prouerbium quod tamen non  
refert. Siquidem inter laudes salis et hoc refert. Varro etiâ  
pulmentarij uice usus ueteres autor est, et fuisse enim salem  
cum pane et caseo, ut prouerio apparet. Conscire licet tale  
fuisse dictum, nihil conuiuio deest, habuimus saltem panem  
et caseum. Aut ne sis sollicitus quo me apparatus accipias,  
preter saltem panem et caseum nihil requiram. De Xenocras-  
tis caseo dictum alibi.

In agro furculario capras. LXXXVIII

Varro de rusticis lib. primo cap. ij. dictum hoc ueluti  
legem agriculturaliã adfert. Colonius in agro furculario ne ca-  
pras compescat. Deflecti potest ad eos qui noxarum rerum  
aut hominum admixtu, corruptum teneant ætatem, ueluti  
si quis sacris uirginibus adiungat iuuenes lasciuos, aut adole-

scntibus addat lasciuas puellas. Aut si quis studijs admisceat  
uoluptates studijs inimicas. Nam et capra plantis omnibus non  
uulnere tantum, sed et ueneno dentium pestifera est, præfer-  
tim olea et uti, unde et Baccho immolator uindictæ gra-  
tia, Minerue nihil caprini generis, quod ille uitis reperior  
dicitur, huic sacra est olea.

Oportet agrum imbecillio-  
rem esse.

LXXXIX

Columella lib. i. cap. iij. testatur apud Afros agricolas  
huiusmodi prouerbiū fuisse celebre, oportet agrum imbecil-  
liorem esse quam agricolâ. Hoc enigma sic explicuit Vergi-  
lius, speciem nō minus prouerbiãli.

Laudato ingentia uia, Exiguum colito.

Sed præstat ipsa Columellæ uerba ascribere. Adhibedum mo-  
dum mēioramq; rebus, id est, ut nō solum aliud dicitur, sed et  
agrum paratius dictum intelligatur, ne maiorē quam calorâ  
ratio patitur emere uelit. Nam huc pertinet nostri poëta snia:  
Laudato ingentia uia, Exiguum colito.

Quod uir eruditissimus (ut me fert opinio) traditum uetus  
præceptum numeris signauit. Quippe acutissimâ genitæ Pœ-  
nos dixisse conuenit: imbecilliorum agrum quam agricolâ  
esse debere, quoniam quam sit colludandum cum eo, si sin-  
dus præualeat, aliud dominum. Nec dubium quin minus red-  
dat luxus ager non recte cultus, quam angustus eximie. Con-  
uenit in eos, qui student imperio profrendo, qui hoc ipsum  
quod habent non possint administrare, aut qui suscipiunt mu-  
nus, cui gerendo sunt impares. Congruet cum eo quod alibi  
retulimus: Sparatam nactus es, hanc orna.

Ab ipsa messe. XC

Non est animus cõuerrere in hoc opus, quocquid aliqum  
prouerbij speciem habet. Pauca que sese casu obtulerunt uisum  
est nō preterire, præsertim si cõmodius et argutius dicta uis-  
debanur. Quod genus est illud apud Seneccam epistolarum  
lib. iij. epist. xxij. Ab ipsa messe discedat? Agit enim de his qui  
uel cõmodis uel spe cõmodorum detinentur, quo minus semet  
explicet a negocijs, quasi deserturi agrum quam in ista mes-  
sis. Quam multi sunt in principij uisus, quos tædet eius uis-  
dis, disformianturq; libertatis desiderio, uerum istis ad libertate  
aspirantibus reclamat cupiditas: Tam magnas spes relin-  
quam? Ab ipsa messe discedam?

Cum sarcinis enatare. XCI

Nec minus cõmode dictum est in eadem epistola: Nemo  
cum sarcinis enatat, id est, nemo sese recipit in libertate, nisi  
contemptis præmijs feruitutus. Non enim potest euadere oec-  
cupationes, qui ciuorum autor amentum non potest negligere.  
Cogniuit cum eo quod alibi retulimus ex Martiale: Tuis pi-  
lea sarcinis redemi: rursus cū æpologo quæ adducit Horatius  
de uulpe pasta in camera frontanaria.

Dofones. XCII

Plutarchus in uita Pauli Aemilij tradit Antigoni regē,  
Demetriij Nepotem, eo quod benigne promitteret omnibus,  
nec præstaret promissa, populari ioco dictum fuisse dofone,  
quasi Latine dicas dabonem, quod ille quidam penitentibus re-  
spõdere soleat, id est, do, id est, dabo. Tales sunt ἄριστοι  
de quibus alibi nobis dictum est. Ouidius:  
Promittas facito, quid enim promittere le dit?

Promissis diues quilibet esse potest.

Huiusmodi dofonijs scatenat esse principij. Cras, mox redi.

Humeris sustinere. XCIII

Quorū autoritas diligitur, plurimū ualeat in cõsentien-  
da salute ciuispia, iij dicitur humeris sustinere. M. Tullius  
pro .L

pro J. Flacco: De summa Reipub. taceo, quam uos uniuersam hoc iudicio, uestris inquam humeris Iudices sustinetis. Huic affine est, humeris referre. Cicero pro domo sua: Dicebas te tuis humeris me custodem urbis in urbe relatorum, Ab hac metaphora dicuntur Atlantes Reipub. qui eam suis humeris sustinent, alioqui collapsorant.

Arce[m] ex Cloaca facere. XCIII

Qui rem hominibus nihil laudibus magnificis attollit, dicitur arce[m] ex cloaca facere. M. Tullius pro Cn. Plautio: Nunc uenio ad illud extremum quod dixisti, dum Plautij in me meritum uerbis extollerem, me arce[m] ex cloaca facere, lapidem è sepulchro uenerari pro deo, neque enim mihi insidiarum periculum ullum neque mortis fuisse. Haec uerba Cicero. In cuius uerbis è illud prouerbij figuram habet: Lapis è sepulchro, de homine nullius potentie.

Archimedes non posset melius describere. XCV

Archimedes Syracusanus geometra fuit celeberrimus, nusquam non intentus figuris geometricis, adeo ut pingès sit interfectus. Ex quo prouerbij specie dictum est illud, quod est apud M. Tullium in oratione pro A. Cluentio: Sit ut tu dicas, gratie conciliandae causa, quadraginta istorum accessio milium quid ualeat? Si ut nos dicimus ut quadragena milia nummum sedem iudicibus darentur, non Archimedes potuit melius describere.

Porta itineri longissima est. XCVI

M. Varro libro de re rustica primo, capite secundo, subindicat uulgo dici solere, portam itineri esse longissimam, cuius arbitror eundem esse sensum, qui est illius: Dimidium facti qui cepti habet. Quin et hodie dicunt bonam itineris partem cõsecram ei, qui portam egressus sit, semper enim est quod iter apparentem remoratur, et si nihil sit negotij, remorantur amicorum affectus, apud nosrates autem non creditur profectio futuræ felix, nisi dies aliquot dati fuerint conuiuijs et compositationibus amicorum. Varronis uerba subscribam: Vultis igitur interea uetus prouerbum, quod est: Romanus sedendo uincit, ista pernus dum iste uenit: et simul cogitans portam itineri dici longissimam esse, ad subsellia sequentibus nobis praecedit.

Decorum concio. XCVII

Ἠδὲ μὲν ἀγορά, id est, Decorum concio sine curia. Hesy chius indicat dici solitum in eos qui libere magnaq; cõ autoritate loquantur, perinde quasi dix loquantur hominibus. Ad dicit Athenis esse locum huius cognominis. Conueniet in diuites aut praepotentes, qui nonnunquam quum iustissime loquerentur, tamen freti opibus ac potentia, pro oraculo uolunt haberi: quaequid dixerint. Cognatum est illi quod alibi retulimus: Argenti fontes loquentur.

Camarine loqui. XCVIII

Huic non dissimile est, quod extat apud eundem: καμαρίωνος λέγειν. id est, Camarine loqui, pro eo quod est, audacter, praecise, et seueriter loqui. Vnde natum sit, non satis liquet, nisi quod Lucretialis Camarinos inter uetustae nobilitatis familias recenset:

Ne tu, inquit, sis Creticus aut Camarinus.

Hesy chius indicat militum zonas dici καμαρίωνος. Itaque fieri potest, ut ab horum serocia prouerbum duxerit originem. Idem docet columnas quasdam, in quibus erat depictus Aesculapius, dictas καμαρίωνος. Fortassis ab hac ostentatione dicti sunt καμαρίωνος loqui, qui sese iactaret barbari co more. Rustum idè ostendit καμαρίωνος dici cubile, in quo

sunt plures camerae. In suo quisque cubiculo quae uult loquitur. Possent adferre plures diuinationes, nisi uereret has ipsas esse plus satis lecturi.

Glossogastores. XCIX

Qui linguam habent uenalem, et loquentes quae uentri conducunt. Comitorum sibus iactati sunt, dictiq; γλωσσόγαστρος, uoce ridicula ex lingua et uentre coposita. Quae drabit in malos aduocatos, in concionatores quorum oratio quae suum sapit, in assectantes. Auctor est Iulius Pollux libro de rerum uocabulis secundo.

Pereant amici &c. C

M. Tullius in oratione pro Deiotaro rege refert hunc uersiculum ut prouerbio iactatum:

Pereant amici, dum una inimici intereant.

Dicit eandem sententiam Graeco quoq; uersiculo celebrari, quem nondum comperi. Cicero uerba subscribit: Itaq; cum esset ei nunciatum Domitium naufragio perisse, etiã te in castello circumsederi, de Domitio dixit uersum. Graecè eadè sententia, quae etiã nos habemus Latini: Pereant amici, dum una inimici intereant. Quod ille si esset tibi inimicissimus, nunquã ita me dixisset, ipse enim mansuetus est, uersus inanis. Cõgruit in illos, qui nec amicis parcat nec inimicis, modo quod impè se cupient assequantur. Versus autem nō solum inanis est, uerumetiam inmanis, quum humanitatis sit et inimicos inultos finire, ne leas amicos. Talis est et ille quem alibi retulimus: Me mortuo terra incendio misceatur.

CHILIADIS QUARTAE CENTVRIA SEXTA,  
sed imperfecta.

Plenissimus uelis. I

**P**ASSIS uelis plenissiq; uelis agere dicuntur, qui toto impetu summoq; conatu moliantur aliquid. Ita M. Tullius pro domo sua ad Pont. Quid tãdè sit tu illi Reipub. tenebris caecisq; nubibus et procellis senatū à gubernaculis deiecisses, popululum è nauì exturbasses, ipse Archipirata cū grege praedonem impurijsimo pleniss uelis nauigasses, si que tam promulgasti, constitutisti, promissisti, uendidisti, perferre potuisses, quae locus terrarum uacuis extrordinarijs fascibus atque imperio Clodiano fuisset? Haec uerba Cicero. De similibus figuris alijs nobis non senel dictum est.

Pecunia absque peculio. II

Apparet olim fuisse prouerbum inter agricolas iactatum: Pecunia sine peculio fragilem esse. Refertur Pandectarū lib. xxxij. Titu. de legat. et fid. cõmiss. cap. Si chorus. His uerbis quae mobilia mea erit, do, lego, nōnos ibi repositos ut mutui darentur, non esse legatos Proculus ait. At eos quos praesidij causa sepositos habet, ut quibusdam bellis ciuilibus factiuaissent, eos legato cõtineri, et sepe audisse rusticos senes ita dicentes, Pecunia sine peculio fragile esse, pecuniam appellatis, quod praesidij causa seponeretur. Retulimus alibi prouerbiū, quod admonet ne totam substantiã uni credamus nauā, ne nihil super sit unde danum seruetur, si nauis interierit. Ita solent senes summam aliquã seponere, ne nihil superesset, stires incendio, bello, aut furto periret. Si libebit adagium aliò desectere, poterit accommodari ad eum qui nō oia consilia sua cõmunicat amicis. Aut qui felicitatis summā non ponit in rebus extrarijs, sed in animi bonis, in illis casu perditis habeat quod confugiat nec despondeat animam. Quod

enim proprie nostrū est peculū dicitur. Ea uero demū proprie nostra sunt, quae fortuna non potest eripere.

Rana cum locusta. III

Impoꝝ certamen expꝑꝑꝑꝑ hac figura Theocritus in Thalyssi:

Βράχων δὲ ποτ' ἀνελίνας ὄσας ἐρίσῳ. id est, Sic certo ueluti si certet rana locustis. Addit Scholiastes Graecis anā dici Βράχων quasi βοῶν τῶων ἢ uocis asperitatem.

Musarum aues. IIII

Μουσῶν ὄρνιθες in eadē Ecloga dicti sunt poētae, quod assidue modulatur sua carmina: καὶ μοισῶν ὄρνιθες ὅσοι ποτὶ χιῶν ἀνδρῶν ἄντ' ἄ κωνίοντες ἐτώσια μοχθίζον. id est, Quotquot aues musarum, audient certare poētae Chio, Coccyssando, opera conantur inani.

Ad pedes ad caput. V

Non sine prouerbij specie dictum uidetur illud Theocriti in pastoribus, de rebus copiosis et affluentibus: ἔμ μοι πῶδες κεφαλῆ, ἢ πᾶς ὡς κῶα κέντρον. id est, Ad caput, adqꝫ pedes, quarum me uellera cingunt. Sermo est pastoris iactantis opes suas.

Pseudacria. VI

Theocritus in Aia: τῶν δ' αἰ ἄνδρες ὑπὸ τῶν ἀρῶν οὐκ ἀναφροῶν. id est, Non mihi nascentur nares mendacia supra. Scholiastes addit apud Siculos, qui supra nares habent pustulas, quas illi uocant Ἰσὺζῆνια sive Ἰόνδρες, pro mendaciis haberi solitis uulgo. Quin et hodie uulgo dicant, Nasus tuus arguit mihi te mentiri. Idem iocus est uulgi de maculis uinguium, quin et ipsas narium pustulas Graeci Ἰσὺζῆνια uocant.

Cum sacco adire. VII

Prouerbiali schemate dictum est, quod adfertur ex Paulo libro Pandect. quadragesimo sexto, Titu. de solu. et liber. cap. Quod dicimus. Quod dicimus, inquit, in eo herede, qui fideiussori testatoris id quod ante aditam hereditatem ab eo solutum est debere statim soluere, cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est, nec enim cum sacco adire debet. Hec ibi. Non dubium est, quin hic sermo fuerit uulgo iactatus de quouis qui postulat, ut statim exhibeatur quod petit. Alioqui non ad omnia recipienda sacco est opus, uelut ad oleum aut uinum.

Officere luminibus. VIII

Officere luminibus dicitur, qui gloria alterius obscurat. Hic sermone color sumptus est ex lucris iuriconsultorum, in quibus cauetur ex seruitutibus praediorum, ne uicinus altius sub lato edificio officiat luminibus uicini. Ita Paulus Pandect. lib. octauo, Titu. de seruitutibus urbanorum praediorum, capite tertio: Luminum, inquit, seruitus constituta id acquisitum uidetur, ut uicinus lumina nostra excipiat. Quum autem seruitus imponitur ne luminibus officiator, hoc maxime adpeti uidemur, ne ius sit uicino inuitis nobis altius edificare, atqꝫ ita minuire lumina nostrorum edificiorum. Id eleganter alio detorsit M. Tullius in Bruto: Nam ut Pubilius et Thucydides concisis sententijs interdum etiā nō satis apertis officit Theopompus elatione atqꝫ altitudine orationis suae quod idem Lysias Demothenes sic Catonis luminibus obstrinxit haec posteriorum quasi exaggerata altius oratio.

Manu longa et manu breui trahere. IX

Libro Pandectarum quadragesimo sexto, Tit. de solutio-

nibus, scribitur huic in modum: pecuniam mihi debes, aut aliam rem, si in conspectu meo ponere te iubeam, efficeris, ut et tu statim libereris, et mea esse incipiat. Nam tunc quod a nullo corporaliter esse rei possessio detinetur, acquisita mihi et quodammodo manu longa tradita existimanda est. Simili figura dictum est breui manu dare, lib. Pandect. uigesimo tertio, Titu. de iure dotiū, cap. Licet solet. Quoties autem extraneus accepto fert debitori dotis constitutēda causa, si quidem nuptiae insequat et nō fuerint, liberatio non sequetur, nisi forte sic accepto iudic, ut uelit mulieri in totum donatū. Tū enim credendum est breui manu acceptum a muliere, et marito datum. Quae si desectas, plus habebunt ueneris, ueluti qui promissis agit, ac sibi tantum ostendit, longa manu dat, quod animo contueri possis, non statim etiam tollere. Cōtra, qui praesens ac statim exhibet quod promittit, breui manu dat. Pucri affem ostendunt elephantum, nec audient porrigere. De longis regum manibus alibi dictum est.

lynge trahor. X

Qui uehementi et inpotenti desiderio trahuntur ad aliquid lynge trahi dicuntur. Ita Pindarus in Nemesi hymno quarto, ἴν γι ἔλκεται ἴτος, id est, lynge trabor animo. Interpres addit huiusmodi fabulam. lyngeum autem fuisse filiam Echus, alij Pithis, quae quum amatoris ueneris incitasset Iouem in amorē Iūs, a Iunone trata uersa est in auem, quae mulieris ut consueuerunt in amatoris ueneficis, quem admodum indicat Theocritus in Pharmaceutria, ἴν γι ἔλκε τὴ τίνωρ ἐμῶν ποτὶ δ' ὠμα τὸν ἀνδρα. Quidā lynge uertunt moribus, qd cauda assidue moueat.

Dij omnia possunt. XI

Hemistichium Homerici, θεοὶ δ' εἶε πάντα δύναται. id est, At caelestes omnia possunt. Quadrabit in monarchas, quibus promptum est facere quicquid animo collibitum fuerit, sive iure, sive iniuria. Pindarus in Pythijs hymno tertio, θεὸς ἕωμαι ἐπεπλήσει τέκεμας ἀνθρώπων, id est, Deus autem pro sua libidine, omnem exitum perficit.

Timidi mater non flet. XII

Probus Amylius in uita Thrasibuli, testatur hoc uelut enigma uulgo iactatum, timidi matre nō flere, quod in bello qui contenti hostē nihilqꝫ metuendū ducunt, quonia sibi parum cauent, frē percut, et matribus licitū adserunt cū orbitate. Contra qui nihil nō metuit, neqꝫ quicquā omnino contemnit, is tutioribus utens cōsilijs, raro uenit in periculum. Thrasibulus enim quū indixisset bellū triginta tyrānis, qui Athenas oppresserant, et castellum Atticae Pbilon occupasset, nō plures secum habuit quam triginta cōmiliones. Hoc, inquit, initium fuit salutis Atticorum, hoc robur libertatis clarissima ciuitatis. Neqꝫ uero hic nō contemptus est primo a tyrānis, neque eius sollicitudo, quae quidem res et illis contententibus pernicie, et huic despecto saluti fuit. Hoc enim illos ad persequendum seges, hos autem tempore ad comparandum dato fecit robustiores. Quo magis praecipuum illud, omnium in animis esse debet, nihil in bello oportere contemni, nec sine causa dici, Timidi matrem flere non solere. Quāquam satis constat huic locum deprauate legi, unde conijcio sic scriptum fuisse. Neque uero hic modo contemptus est primo a tyrānis, sed eius etiam solitudo. Itaqꝫ modo deprauatum est in non, et solitudo in sollicitudinem, et deprauatio deinde trahit deprauationem, ut ansa ansam. Sentit enim probus ipsum Thrasibulum, ut hominem mediocriter nobilem ac diutem

diuitem deſpectui fuiſſe tyramis. Deinde hoc magis fuiſſe contemptus, quod tam paucos haberet ſue factionis homines. Retulimus alibi de fortitudine que erumpit in neruum.

Teuthidum more. XIII

Themistocles, ut in ipſius uita reſert Plutarchus, Eretrico eundem exprobrās ignauiam, dixit, ἢ γὰρ ἐπι τοῦ ἡμίρ πηρὶ πολεμῶν τῶν ἐπι λόγῳ, οἱ καὶ ἀπὸ αἰ τευθιδεῶν μὴ χεῖρον ἢ ἡμῶν ἔχεται, καὶ ἴστωρ δὲ οὐκ ἔχεται. id eſt, Sanè, inquit, & uobis aliquid de bello dicendum eſt, qui Teuthidum in morem, & laudum quidem habetis, cor autem non habetis. Quidam Teuthidas puiſit eſſe, quas nos uocamus ſepias. Sepia autem de genere mollium eſt, & arbitror huic generi cor non ineſſe.

Samij literati. XIII

Plutarchus in uita Periclis citat hunc uerſiculum ex Ariſtophane comico: Σαμίων δὲ δὴ μὲν ἔστιν ἡσυχία πολυγυμμάματ. id eſt, Populus Samiorum ualde literatus eſt.

Arbitror hoc inde dictum, quod quum Samij captiui Athenienſium inuſſent nocturnam, Athenienſes uiciſſim Samiorum captiui inuerebant Samenam. Id erat nauis genu lato ventre, à prora ueluti ſailli roſtri ſpeciem præferens, unde & hic uerſus iactatus eſt,

Ναὺς δὲ ἔστιν ὠκυπόρος ἡ Σαμῖα, ὅς ἐστιν ἐξ ἔχου. id eſt, Nauis erat uelox Samia, ſpecteſq; ſua.

Dicta eſt Samenā, quod à Samijs reperta ſit. Conuenit igitur in cicatricofos & ſtigmatum plenos. Heſychius & Suidas addunt apud poetam dictum in Babylonios è piſtrino procedentes, ſtigmatibus notatos. Verum aliam huius dicti monſtrat originem. Quum Samiorum gens eſſet aſſiſta à tyranis, ob inopiam adminiſtrantium republicam, coacti ſunt aliquot è ſeruis admittere in conſortium adminiſtrandi magiſtratus. Sic Ariſtoteles. Seruile eſt autem ſtigmatis notari. Nec deſunt, qui cauſam diuerſam adferant, quod apud Samios inuenta ſint uiginti quatuor literæ à Calliſtrato. Sic Andron in tripode. Idem Ionum literas tradidit Athenienſibus. Probabile eſt igitur à reperitis traditiſq; literis iocum fuiſſe uerſum ad ſtigmata. Nam Samij ſimul & accipiebant, & tradebant inſames notas.

Samij mores. XV

Σαμιακός ἤρως, id eſt, Samij mores. Quidam reſerunt ad calumniandi uitium, quod, ut dictum eſt, Samij notas & inuerebant alijs, & paterentur ab alijs. Alij malant reſerre ad nouam nauigij ſpeciem, quam apud illos repperit Polyerates tyrānus. Ita que quadrabit in eos, qui ſuos quoſdam habent mores à cæterorum moribus diſtidentes.

Δακτύλωστοι. XVI

Callie barbarus quiſpiam clam indicauit magnā auri uim in puteum quandam comiectam. Is & occidit indicem, ne proderet, & aurum ſuſtulit. Vires innotuit, in comediārum iocum uerſa eſt, ut qui malis artibus ſubito diſceſerent, Δακτύλωστοι dicerentur.

Abyduſ, Abydenus. XVII

Abydenorum mores in prouerbum abiērit. Nam Abydeni dicti ſunt Sycophantæ, ſeu molles & effeminati. Meminit adagij Pauſaniæ & Suidas, quorū hic oſtendit etiam reſ nihili magiſq; incras Abydam dicti, quemadmodum de Tricis & Apinis alibi retulimus.

Ἀδρεῖζαυ. XVIII

Græcis ἀδρεῖζαυ quod reiſicitur ac nihili ſit. Tranſla-

tum à ſummis ordi ſpicis, que cen cuſpides habēt, que nulli ſunt uſu, ſed inter metendū pereunt. Eas Græci uocant Athēras. Sic ex Galeno annotatū uir ille diuinus Hermolaus Tharbarus. Sunt qui putent ſpicis inutile ac reiſiclas dici Athēricas, quod à meſſoribus ac tritorantibus negliantur.

Pediculi Platonis. XIX

Mironianus in ſimilibus apud Diogenem Laertium meminit prouerbij de pediculis Platonis, quaſi hoc morbi genere ſit extinctus. Tantum ille, nec amplius quicquam addit de origine uſuq; prouerbij.

Ad Coronidem uſque. XX

Μέγα τῆς κορωνίδεω, id eſt, uſque ad Coronidem, quum extremū ſinem rei cuiuſpiam ſignificamus. A nauibus tranſlatū putat literatores, quibus aliquid roſtri ſpecie gerēs ſolet ad di. Nam Corone Græcis cornicē ſonat, coronis corniculā. Apud Homerū uſurpatur κορωνῶν pro amulo, aut ſi quid aliud apponitur oſtio. Id eſt uelut ornamentū gratia perfectiſ omnibus additur. Vnde Euſtathius indicat letū rerum ſinem τρωσῶν κορωνῶν prouerbio dici ſolere. Plutarchus in libro de fortuna Alexandri reſert, Philoxenum à Dionyſio conſequi in latam, quod tragediam quam illi caſtigandā tradiderit, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς μέγα τῆς κορωνίδεω περιεγεγραμῆν, uidelicet circūductā linea ſignificans totā eſſe diſtinguendā. Idem aduerſus Stoicos, Εἰκ παρόδῃ ἢ ἀρχῆς ὄρει κορωνίδεω, id eſt, ab ingreſſu & initio uſq; ad coronidem. Incundius erit, quoties tranſfertur ad animum, uelut ſi quis ſtudioſum coronidem dicat, aut moneat, ut egregijs ceptis aſeram addat coronidem. Aut uita laudabiliter acta iubeat auream imponi coronidem, hoc eſt mortem piā. Attingeramus hoc prouerbum, in eo quod eſt, A capite uſque ad calcem, ſed tribus dumtaxat uerbis.

Sine ut incolumis redeat. XXI

Habet prouerbij ſpeciem, quod eſt apud Theocritum in hōdopois:

Εἰκ λέγῃ ἐμὴ λέγῃ, ἢ τὸν ξένον εἰς πόλιν αὔριε ζῶντ' ἄφαρ. id eſt,

Die age ſi quid dicis, & hoſtes ut inde profectus, uicium & redeat, permittito.

Sic & hodie dicimus ijs, qui uerbis & comicijs ferocunt. Eia, ſine hominem uiuere.

E ueſtigio. XXII

Non ignotum eſt Latiniſ e ueſtigio fieri, quod citra moram ac protinus ſit, quod priſci dicebant extemplo. Eadem figura reperitur & apud Græcos ἐκ τοῦ ὁδῶ pro ilico, uelut in Theocriti uerno itinere.

Ὅς ἐκ τοῦ ὁδῶ ἔνευ κῆραυ. id eſt, Qui tum protinus extruxit fontem.

De ἐκ τοῦ ὁδῶ, quod ſignificat ab imis uelut à pedibus, dictum eſt alibi.

Quiſquis tarde uenit ad cenam. XXIII

Theocriti ſcholiaſtes indicat hoſ ſenarijs prouerbio fuiſſe iactatos:

Ὅσις ἐπὶ δ' ἔπνυον ὅτ' ἐκ κληδείε ἔχεται, ἢ χαλός ἐστι, ἢ οὐ δ' ἴδωσι συμβολάας. id eſt,

Quiſquis uocatus tardus ad cenam uenit, Aut claudus eſt, aut non dat ille ſymbolas.

Theocritus ſic habet:

ἢ μετὰ δ' αὔτα κλητός ἐπείγεται. id eſt, An quoquam ad cenam properas comiui uocatus?

Et addit



Et addit eos, qui uocati sunt celerius ire, qui non uocati tardius. Etenim qui uocatus se uenturū promisit, incialie puat, si cōiūcti sit in mora. Qui non uocatus uenit, uel pudore tardior est, uel quod exclusus spe alterius cōiūit. Ita qui sym bolum dedit, propterat ne multiter dāno, si post tempus uenerit. Qui non dedit, huius rei securus, ut lubet, ambulat.

**Gargara bonorum.**      xxviii

Innumerabilem hominum rerum iē uim prisci gargara dicebant, sicā ni fallor uoce, ā strepitu quem facit hominum congregatorum multitudo, aut rerum effusarum copia. Aristomenes, ὃ Βουδοῖς apud Suidam et Aristophanes interpretem.

Εὐδομ ὄψ ἡμῖν γάργαρα. id est, Nobis enim intus gargara.

Citatur et Tragicus quīpiam, Sophron opinor, qui scripsit rit, ἄμματος π γάργαρα, id est, Pecuniarum gargara. Vnde et γάργαρα urbium, quod significat perstrepo p̄e multitudine. VI Cratinus:

Αὐδοῖν ἀγίστων πᾶσα γάργαρα πόλις. id est, Vrbis uniuersa hec optimis strepi uiris.

Rarus ex fabula cui titulus λιμου citatur hic uersiculus: Αὐδοῖν ἐπακτῶν πᾶσα γάργαρα ἑσῖα, id est,

Viris adactis tota perstrepi domos.

Ceterum quod est apud Homerum, κάρκαρε δὲ γαῖα πὸ δ' αἰ. id est, Pedibus quoq; terra strepebat, mutata literula κάρκαρε dictum pro γάργαρα. Denique cancos existimant dictos γάργαρα, eo pedum multitudine. Aristophanes, ὃ ἀχαρνεῦσι, risus causa duas uoces coniunxit imensam multitudine significantes ἔ δ' ἰδοῦντων ἄμμοσι ποιοῦν γάργαρα. Siquidem ἄμμοσι ποιοῦσι dicunt Græci que uel e quant harenarum numerum, ad eam formam qua dicunt τριακῖσῖα, et ἑξακῖσῖα.

**Onobatis.**      xxv

Apud Cumanos mulier in adulterio deprehensa ducebatur in forum, ut illic lapidi insistens omnibus esset conspicua. Deinde impositam asino, atq; ita per totam ciuitatem circumductam, reducebant ad lapidem, ut ibi rursus esset omnibus spectaculo. His actis habebatur infamis per omnem uitam, et ignominie gratia ὀνοβάτις dicebatur, quod asinum equitasset. Lapis autem nefastus ac detestabilis habebatur in quo steterat mulier. Quadrabit in quamuis prostituta fame. Asinus apud Cumanos erat iocus proterbialis, qua de re nobis dictum est aliās. Illud hic amotendum, quomodo decreuerit legum seueritas. Apud Hebræos adultera lapidabatur. Apud Romanos aliquando minuebatur lex Iulia. Apud Cumanos summa ignominia supplicij loco erat. Nunc apud Christianos ludus est adulterium, apud quos tamen matrimonium est sacramentum. Quia si perest, nisi ut p̄mia decernantur his qui multorum uiceres consueperant. Olim incesta prophane uice desodicebantur. Nunc ioculare uirginem Christo dicatam, pietas est. Verum quod ad proterbium attinet res fertur à Pluarcho in problematicis.

**Monophagi.**      xxvi

Μονοφάγοι dici poterunt sordidi et inhospitalis, qui neminem inuitant ad conuiuium. Aeginetum, qui ad bellum Troianum profecti fuerant, multi perierat in pugna, plures tempestas absorperat. Paucos igitur, qui domum incolames redierunt, quem recepissent cognati, uidentes reliquos ciues, eo desiderium suum in ludu ac more uersari, non arbi trati sunt conuenire, ut uel palam letitiam suam declararet, uel alijs eo illorum salutem rem diuinam facerent, sed suos

quisque quos incolames receperant, domi clam, conuiuijs et gratulatiombus excipiebant, ipsi miserrantes patribus, cognatis, fratribus, ac necessarijs, neminem alienum admittentes. Hoc imitantes Aegineta, quum Neptuno sacrificā, dies sedecim gessantes T bialos, quos uocant, clam apud se conuiuia celebrant, neque seruorum quosquam adesse sinunt. Mox ueneri sacrificantes festum soluant. Itaque qui sic sacri ficabant, μονοφάγοι dicebantur.

**Eamus Athenas.**      xxvii

Ἐαμῶν εἰς Ἀθήνας, Eamus Athenas. Pluarchus in uita Thesei refert Athenentes Minos uolentia, simulq; rerum inopia afflicto, misse se ad eum cum illo, his quidem conditionibus, ut quotannis in Cretem mitterent septem pueros, ac totidem puellas, quos quidā existimant à Minotaurō solitos interiri, Aristoteles dissentit, sed quod uicisti causam uoti religione tenerent Cretenses, illos hominum primitias mittebant in Delphos, quibus eo proficiscentibus, adiuuante se multi Cretensum filij. Ceterum quum illic eo terra sterilitatem egre sibi pararent uictum, uenerunt in eam Italiae partem, que quondam Iapigia dicta est. Hinc in Thracia profecti, Bottiei dicti sunt. Vnde uirgines Bottieorum sacrificio quodā absoluto, canere solent, Eamus Athenas, his uerbis testificantes desiderium patrie quondam relicte. Huius sententie citat autorem Aristotelem in rep. Bottieorum. Licet ubi uis, si quando nos melioris fortune relicte p̄mittebit.

**Abderitice mensæ.**      xxviii

Abderite in stuporis insanieq; fabula abierit, quod perspicuum est ex epigrammate Martialis libro decimo, de eo, qui damnatus in theatro representauit Mutum Scauolam, ac manum impositū igni, sed iussus, sed actoribus paratis supplicijs, ni faceret. Si patiens fortisq; tibi durusq; uidetur,

**Abderitane pectora plebis habes.**

De Bœotia et Batuis aliās nobis dictum est. Abderitinis autem natura peculiariter fuisse mentis stuporem indicat M. Tullius in libris de natura deorum. In Plineus libro uigesimo quinto docet huic urbi uicina esse piscinam, in quibus equi passim inflammantur rabie. Est autem in Thracia, condita dictaq; ab Abdera sorore Diomedis, patria Democriti physici, iuxta Pomponium Melam. Stephamus ciuitatem dictam autumat ab Abderito filio Erimi, Herculi adamato, quem Diomedes equi dilacerarant.

**Maritimi mores.**      xxxix

Non abest à proterbij specie, quod Plautus in Cistellaria dixit, Maritimos mores, pro uarijs et incōstantibus quales serē sunt amantium, qui quum ferantur impotentibus cupiditatibus, tamen sibi non constant. Queritur autem apud Comicum adolefens de amore mentem in uarios affectus raptente. Ita, inquit, mihi omnia ingenia sunt, quod lubet, non lubet iam id continuo. Ita me amor lapsam animi ludificat, si gat, agit, appetit, rapit, retinet, iaciat, largitur, quod dat, non dat, deludit. Modo quod suast, dissuadet: quod dissuasit, id ostentat, Maritimus moribus mecum experitur. Quemadmodum autem mare nunquam conquiescit, et subinde mutat faciem, ita ferunt homines maritimos nonnihil ex maris ingenio referre. De Euario dictum est nobis aliās.

**Pecunie pedibus compensantur.**      xxx

Inter Catonis dicta, que proterbiorum uice celebrantur, refertur et illud: Pecuniam pedibus compensari, quod tamen in libris eius uari nondum repperi: sed fieri potest, ut hoc

M. Tullius ioco dixerit. Nec dissimile veri est multas Cato-  
nis sententias fuisse celebres, quas ille dixit tantum, non scrip-  
psit. Ciceronis ex oratione pro L. Flacco uerba subscribā. Si  
te Crassi agri delectabāt, hic adicibi in Crustumino aut in Cae-  
penati parauisses. Verum esto, Catonis est dictum, pedibus  
cōpensari pecuniam, longe omnino à Tiberi ad Caicum etc.  
Sententiam autem hanc esse arbitror, si longius abstet fundus  
plus impendiorum esse domino, et minus ad eum redire lue-  
ri. Id damni sarcitur pedibus domini, si non grauetur sub-  
inde fundum iniusere.

Ne in calceatus in montes. xxxix

Theocritus ἐν νομῶσι,  
Ἔγ' ὄρεσσι ἄλλ' ἔσπερος μὴ ἀνάλιπ' ὄρεσσο βλάττει  
ἢ γούρ' ὄρεσσι βλάττει ἢ ἀσπιδότοιο κομῶσιν. id est,  
Bate caue pedibus nudis perreperere montem,  
Quippe rubis, tribulisq; uiret mons undique densus.  
Qui suscipit uitae genus, armet sese aduersus occosura inco-  
moda, ne poeniteat suscepti.

Non incedis pro ignem. xxxixii

Theocritus in hodeporis:  
Μὴ ἀσπιδ' οὐ γὰρ τοι πυρὶ δάλλπει. id est,  
Ne propera, neque enim igne calecis.  
Scholiastes indicat subesse prouerbum, quo significabant  
aliquem plus satis festinare. Properant enim, qui per ignem  
incedunt: et celeritas reddit elementum innoxium, quemad-  
modum nō ledit, qui manum per medianam flammam mittit,  
aut prunam ardentem subito manu correptam abijcit. Qui  
uersatur in re periculosa, dicitur et ipse per ignem incedere.

Calamobos. xxxixiii

Antiperat quum nec uellet, nec posset congrēdi cominus  
eum Carneade, qui magna uehementia inuebeatur in Stoi-  
cos, semet ad scribendum uertit, multosq; libros addidit ma-  
ledicos et ineptos, in quibus passim contradicebat Carneade.  
Hinc uulgo cognomen adeptus est καλαμοβός, quod  
non lingua, sed calamo uociferaretur. Memini Plutarchum in  
libello πρὸς τὴν ἀσπιδότοιο.

Non solum Atridae amant

uxores. xxxixiiii

Quoties significabimus suam cuique dolere iniuriam,  
contumeliam, aut damnum, nec oportere quenquam impune  
lēdi, conueniet Homericus ille uersus ex Iliados γ.  
Ἡ μὲνοι θιάσσο ἀλόχοες μερόσπων ἀνδρῶσπων  
Α τῆσδ' αἰ. id est,  
Num solis hominum Atridis affectus amorq;  
Vxorum est?  
Eum Sextus Coelius, citante Vlpiano, ceu uulgo iactatum ad-  
fert lib. pandect. xlvij. Titulo ad legem Iuliam de adulterijs,  
lege, Si uxor. Vergilius imitatus est libro Aeneidos ix.  
Nec solos tangit Atridas  
Iste dolor.

Auris Batava. xxxv

Quemadmodum Graeci dicunt: Βοιάζω οὖν, id est,  
Bœoticam arem, pro pingui, crassaq; itidē Martialis Epi-  
grammatum libro sexto, Batuanam arem dixit agrestem, inlece-  
gantem, tetricamq;  
Tū ne es, tū ne ait, ille Martialis,  
Cuius nequitias, locosq; nouit,  
Arem qui modo non habet Batuanam.  
Sic enim legit Domitius Calderinus, quanquam nonnulli mu-  
tarant, pro Batuanam, seu erant. Erant Batuaui Germanie po-  
puli, Calthorum pars, qui domestica seditione pulsi, extrema

Gallicae orae uacua cultoribus, simulq; insulam inter uada sta-  
tam occupare: quā mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis  
tergum, ac latera circumluit. Gens tum bello ualida, ut que  
Germanicis bellis effret exercitatisima, tum opibus pollens,  
quod Romana militiis non exhauretor, quandoquidem erat  
his cum imperio societas, ut uiros tantum, armaq; ministra-  
rent: quemadmodum copiosius prōdidit Cornelius Tacitus,  
libro iugesimo. Conuenit inter plerosq; doctos, nec id refra-  
gantibus coniectoris: eam insulam, cuius meminit Tacitus,  
esse quam nunc Hollandiam uocant, terram ubi semper et  
celebrandam, et uenerandam, ut cui uita huius initium de-  
beam. Atque utinam illi nos tam postquam honestamento iu-  
cissim esse, quam illa nobis non est poenitenda. Nam quod  
Martialis eam gentem rusticitatis infimulat, quod eandem  
Lucanus truce uocat: aut nihil ad nos pertinet, aut etiam  
laudi uertendum arbitror utriusq;. Siquidem quae gens non ali-  
quando fuit rudior? Aut quando Romana gens laudatorum,  
quā cum prae agricuturam, et militiam, nihil artium  
nosset? Quod si quae quondam in Batuos dicta sunt, contē-  
det aliquis ad huius temporis rationem pertinere, quae maior  
laus Hollandiae meae poterit tribui, quā si dicatur à Mar-  
tialis iocis abhorre, quos etiam ipse nequitias atpellat.  
Vtinamq; Christianis uel omnibus aures essent Batuae, quo  
peffilentes eius poetae factias, aut non admitterent, aut certe  
his non caperentur. Quod si quis id rusticitatem uocare ue-  
lit, nos conuicium haud illibenter agnoscamus, uidelicet cum  
integris Lacedaemonijs, cum priscis illis Sabinis, cum lauda-  
tissimis Catonibus commune. Lucanus autem, opinor, in tru-  
ces appellat Batuos: ut Vergilius acrem Romanum. Alio-  
quā si mores domesticos species, non alia gens est ad humani-  
tatem, ad benignitatem propensior: cuiq; minus adstet uel fe-  
ritatis, uel truculentiae. Ingenium simplex, et ab insidijs,  
omniq; furo alienum, nullis grauius obnoxium uitijs, tantum  
ad uoluptatem, praecipue coniuuorum aliquanto deditus,  
Cuius rei causam esse puto, miram rerum omnium exuberantiam,  
quibus uoluptatis studium iritari solet: idq; partim ob  
commoditatem importationum, quod non solum occupat duo  
nobilissimorum fluminum ostia, Mosē, Rhēnq;: uerū etiam  
quod aliquanta sui parte Oceano alluitur: partim ob naturam  
regionis ubertatem: ut que passim nauigabilibus, ac piscosis  
interluatur fluuijs, pasuis uberrimis abundet. Ad haec autem  
infinitam copiam, paludes, saltusq; suppeditant. Proinde ne-  
gant aliam inueniri regionem, que simili spacio, tantum oppi-  
dorum contineat, mediocri quidem magnitudine, sed incre-  
dibili politia. In domestica suppellectilis nitore, palmam uni  
concedit Hollandiae negociatores, quibus pleraq; pars orbis  
est peragrata. Medioeriter eruditorum, nusquam gentiam  
frequenter numerus. Ad exquisitam eruditionem, praesertim  
antiquam, quo non perinde multi perueniant, aut uita luxus  
in causa est, aut quod apud illos plus honoris habetur egre-  
gie morum integritati, quā emegre doctriinae. Nam  
ingentium non esse negatum illis plurimis  
constat argumentis: quanquam mihi  
sanē quam medioere cōtigit,  
ne dicam exiguum,  
ut et cetera  
ra plera  
que.

Hec sunt

# HAEC SVNT

QVAE ADIECIT ERASMVVS AD  
calcem operis Adagiorum in officina Fro-  
beniana excusit, Anno  
1528.

Κρηνοχυτροσολησολορ. XXXVI

Hominem stulte nugacem Graeci uocabant κρηνοχυτροσολησολορ, uoce ridiculae composita, à κρηνοσ, que proprie dicitur aqua impetu scaturiens, et χυτροσ olla, et χυτροσ quod est nugari. Ollas autem stupidos appellamus. Refertur à Suida, uidetur è comodia quapian sumptum.

Fabarum arrosor. XXXVII

Κυαμοροσωσ, id est, Fabarum arrosor dicebatur, qui in creandis magistratibus uendebat sua suffragia, eorū que stus gratia seclido uersabatur in comitijs. Quod utinae hodie non fieret, in creandis summis ecclesie procribis, et orbis monarcha. Tunc à populo cōiucio notati sunt, qui magistratū ambienti fauebant accepta pecunia. Nunc palam donantur ingentia praemia, qui suffragantur in creando summo pontifice et Caesare. Quin et ipsi principes quidā simpliciter uenūt magistratus, et mirantur collabi ciuitatū disciplinam. Priusquam reperitus est usus calculorū, quos Graeci ψηφοσ appellant, suffragia nigris et albis fabis ferebantur. Vnde fabis uisitare dicebantur, quibus hinc erat que stus. Suidas citat senarium, sed ut ferè solet, tacito auctoris nomine, Κριτε δε τρωσος ου κυαμοροσωσ εστωκυος, id est, Hos iudicabit non fabe esor Atticus.

Proterbij meminit et Hesyclus, indicās hunc morem fuisse apud Aetolos, ut cui alba faba obtigisset, ius magistratū susciperet. Vnde ferè suffragia, siue sortiri, κυαμοροσωσ appellabant, et iudicē κυαμοροσωσ, nā et in iudicijs quibusdā nō uoce, sed calculis ferebatur sententiā. Manet in hodiernū usque diem mos, ut in Epiphanijs rex coniuuij faba deligatur.

Manci pera. XXXVIII

Narrant locum fuisse uicinum Hymetto, cui nomē fuerit κωδωσ περα, id est, claudi manica, in eo fuisse templum simulq; fontem, unde femine steriles bibebāt, et fiebant fecunda. Suidas indicat et cōposite dici κωδωσ περασ, admodum esse proterbiū in eos qui artificio uim admovent naturae. Hesyclus ostendit Aristophanem in Centauro, lupanar appellasse κωδωσ περασ quod huius nominis locus declinūs sit ac proceps. Conuenit in illos, qui iulbis alijsiue medicamentis iritant libidinem. Quidam elieboro succurrunt ingenio, et quibusdā medicaminibus memorie.

Vandarum ulnis. XXXIX

Suidas refert hunc Senarium ex Aristophane, και ταυτ εχουτεσ κυαμοροσωσ ου εστωκυος, id est, Atque id quidem quam essent in ulnis fluctuam.

In ulnis uandarum esse dicebantur, qui in summis rerum fluctuabatibus uersabantur. Neque enim suauiter iactant maris undae, quos amplexae fuerint. Alluuium est ad nuntices que pueros in ulnis circūferunt, et agitatione mouent, ut fiant uertigiosiores, quod ipsum in infantibus natura gratum est, somnosq; conciliat. Verum alia est fluctuum iactatio.

Fluctus mutus. XL

Κυμασ κωσφωσ, id est, fluctum mutū appellabat, qui nō dum edebat fragore, sed iam incipiebat intumescere. Primum enim tactis uindis insurgit mare, mox exasperata tempestate, procul fremit ac resonat. Dicit potest de huius hominis que nō

dum erupit in concūm, sed tacite inardescit. Veluti si dicas, Cede, κυμασ κωσφωσ, desine contendere, ne disputatio exeat in irā. Aut obfiste ωσμεωσ κωσφωσ reprime irā effervescentē.

Caricum uinum. XL I

Καρικυος οινωσ, Suidas indicat fuisse proterbium de niano, ut opinor, tenui, quod non adferret hilaritatē, qualis erat Carica mulesa, de qua dictum est aliis, Quicquid enim uile lugebre, molestum, aut querulū, Caricum dicebatur. Sed haud scio an apud Suidā pro οινωσ scriptū sit οινωσ, nisi quod Hesyclus nescio quā uis attingit de Carica uite, uelut inculta et icōposita. Nā genus hoc miliare, negligit agricolationē.

Herodotus in Melpomene hoc est libro 4. refert, quam

Theres quidam adornaret longinquam nauigationem, ac filius ipsius adolescens negaret le futurum eius nauigationis comitem, τωι τρωσωσ εστω ου τωμ κωτααλι. φερ οινωσ ου λωκοισι, id est, Itaq; relinquam eam inquit, ouem inter lupos. Ex eo dicto nomen inditum est adolescētulo οιδωλωσ, uoce composita ex oue et lupo. Dicit poterit in hominem desertum ac destitutū anallio. Quod si quis negabit hoc esse proterbium, patiatu apud pendicem esse eius quod alibet inditum, ouem lupo commisit. Nam probabile est ab hac historia natum proterbium.

Neuocatores. XLIII

Νευωκοροσωσ dicebantur qui studio quippiā eleuent, Alij putāt νευωκοροσωσ dici solitūci, qui quū uideretur cōsueti, nō cōsuebatur, perplexis uerbis occultās mediaciū, quod ferè solēt heretici in disermē adducti. Vox cōposita uidetur à uoi, quod est adfirmatus, et uocā pica, et εστω quod est fluo, quod à inuoluta loquacitate negent, quod affirmare uidentur, rursus affirmat quod negant. Meminit Hesyclus.

Cui nullum negocium erat, Har-

menen muro cinxit. XLIIII

Strabo lib. geographiae. 12. refert huiusmodi proterbiū. Οσισ εστω ουσ ουσ εχουσ δεμηνωσ εστωκυος id est, Qui negotiū nll habeat, Harmentum murum addidit. Est enim trochaicus tetrameter. Tradit aut Harmentū uicium esse Sinopensium, portū habentē. Cuius meminit et Stephanus, sitū indicās i Paphlagonia, et à nōnullis dictā δεμηνωσ, quod hic sanē carminis ratio nō patitur. Neuter indicat originē aut sensum adagij. Comēdare licet iaciū fuisse frigidum, quē aliquis cinxerit muro ut fieret oppidulū, eaque frigidum. Non enim dixit εστωκυος, quod interpres uidetur somniaisse qui ueritū cōstruxit, sed εστωκυος, hoc est muro cinxit.

Necanimans nec inanimē. XLV

Proterbiāli figura dictum est apud Platonem libro de legibus 8. πάντωσ τε τε εμψυχωσ ουσ ουσ εστωκυος, id est, Omnium et animantium et inanimorū, quū nihil omnino significamus expectandiū. Similī figura dicitur, uacuūq; senūq; et bipedum ac quadrupedum nequissimus. Item nec dijs nec hominibus placet. Nec uiuis parci, nec mortuis. Locum Platonis citauimus integrū in proterbio σκαμωσωσ.

In idem conspirare. XLVI

Εισ ταυτωσ συμφωσασ, id est, In unum coalescere. Plato de legibus quarto το δε συμπνευσουσ ουσ ουσ εστωκυος ιππωσ ζευγωσ, καθ ενα εισ ταυτωσ, ουσ ουσ εστωκυος συμφωσασ ρεδωσ ουσ ουσ ουσ πασδελετωσ, id est, Ceterum conspirare ac uelut equatum iugum, singulos in idem, ut dici solet, coalescere, multo eget tempore, εστω; perdifficile. Interpres συμφωσασ ueritū, unum et idem esse, quū magis uideatur dictum à φωσ nascor. Itaq; mihi magis arrisit coalescendi